Cax. 9 n 8 112. n 4

LEXICON GRAECOLATINVM

SVPRA

OMNEIS OMNIVM HACTENVS ACCESSIONES MVLTIS MILIB. VOCABVLORVM,

ANNIS IAM ALIQVOT EX ASSIDVA SCRIPTORVM OMNIVM LECTIONE CONGESTIS,

AVCTVM.

AVTHORE PETRO GILLIO ALBIENSE.

OPVS IAM RECENS IN LVCEM EDITVM, ET EXCVSVM, IN QVO QVANTVM LABORATVM & sudatum sit, cum in mendis emendandis, tum in dictionibus quibuscp in suum ordinem restituendis, æquus iudicabit lector.

Reliqua huius operis, subsequens pagina indicabit.

52 19

BASILEAE, EX OFFICINA VALENTINI CVRIONIS, MENSE SEPTEMBRI, ANNO M. D. XXXII.

CVM PRIVILEGIO.

PRAETER EA QVAE DE GRAECORVM NOTIS arithmeticis & mẽſibus in fronte operis huius poſita ſunt, habes etiã poſt Lexicon

Cyrilli opuſculum de dictionibus quæ accentu uariant ſignificatum.

Ammonium item de ſimilitudine ac differentia dictionum.

De re militari ueterum, & nominibus præfectorum libellum

Orbicij de ordinibus exercitus.

Significata τῦ ι.

Significata τῦ ως.

In quibus dictionibus ρ addatur, uel abijciatur, ex Chœroboſco.

Quod uerborum canones non exactè inueſtigari poſſint, ex eodem.

De proprietate linguæ Græcæ, ex { Ioanne Grammatico. / Plutarcho. / Corintho.

De paſſionibus dictionum, ex Tryphone Grammatico.

De uerbis Anomalis.

De inclinatis, encliticis & ſynencliticis.

REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI, ET DOMINO, DOMINO GEORGIO ARMIGNACO, EPISCOPO RVTINENSI, CLARISSIMO HEROI, DOMINO ET PATRONO SVO,

SYMON GRYNAEVS S. D.

EXIT Auſpiciis, ductuq; tuo fœliciſſimo, Lexicon Petri Gillij Græcolatinũ, Reuerendiſſime pater Georgi, ipſius iuſſu nomini tuo dicatũ, inſcriptumq;, hac potiſſimũ ratione, quòd in tua benignitate & fide, ſtudia ipſius omnia, uelut in ſinu tuto, ſuauiſſimè conquieſcant. Equidem laudo Gillium gratitudinis huius, & uirtutis, qui fructum ſtudiorum ſuorum ei referat acceptũ maximè, cuius in ſe maxima beneficia ſit expertus: prouidentiã uerò tuam, & animi generoſitatem etiam admiror, qui in id genus rerum potiſſimum opes tuas uolueris collocare. Sapienter tu quidem facis, qui theſaurũ iſtum, literas ſcilicet, quas æſtimant adeò pauci, curandum ante omnia putes: nec contentus ſis, quantum præ negotiorum magnitudine licet, ſtudia colere tua, niſi promoueas aliena, ſuſcites publica: præclarè uerò & Gillius tuus, qui iſtuc prouidenter cogitauit, quomodo munificentiã tuam in ſe omnem, ad utilitatem publicam, non abſq; uirtutum tuarum laude, conuertat. Itaq; quod erat frequens olim, nunc rarò fit, nec tu docti hominis induſtria, nec ille liberalitate abutitur patroni talis: ſed cum eodem animi conſilio tendatis uterq;, nempe in publicum, communeq; omnium commodum, tu quidem opibus tuis, ille ingenio uirtuti ſeruit. Quod ſi nihil difficilius eſt, quàm patentibus latiſſimè, & ad nocendum maximè accõmodatis rebus, opum & ingenij facultatibus non abuti, uerè magnanimũ ſapientemq; te uirum dicemus, qui cum tantã animi uim, in earum rerum uſu, quibus uti mortales tam pauci norunt, declarares, tamen uelut parum tibi fidens, doctrinam, doctoſq; contra uitiorum impetum adiungas tibi, conciliesq;. Veteri exemplo facis. Erant enim quondam principes, aut ſapientes ipſi, aut certè ſapientum ſocij & familiares: unde conſequebatur iſtuc, ut nemo ſapiens doctuſq; uir deliteſcere, aut algere diu poſſet: nec unquam precio ſapientia careret, utputa quæ moderandi imperij habena altera iudicaretur. Nunc autem (quod pace bonorum principum dictum uolo) magna parte, ut nihil ſapiunt ipſi, ita ferre diutius ſapientem uirũ nullum poſſunt. Quo fit ut quũ præſidio careant hodie literæ artesq; bonæ, periculo non careant, atq; id inde maximè unde ſolatium eſſe debebat: preſertim ſi quis in literis uerè ſapere magis inſtituat, quàm facere hominibus fucum. Quid autẽ pernicioſius eſſe rebus poteſt, quàm cum uel poteſtatem induſtria uirtusq; non moderatur, uel uirtutẽ non tuetur, fouetq; poteſtas? Igitur quod dixi, rara exempla ſunt. Fuit ſemper, ſed nunc eſt maximè iniqua ſtudijs aula. Libertati & muſis interdicendum, tantum ut recipiare, ut dures porrò, etiã de regreſſu ad ſtudia deſperandum. Deinde ferè fit, ut uel ij, quibus patroni tales contigerunt, indulgentia & otio tam luculento perignauiam abutantur, ſtudijſq; frui, quàm ædere fructum aliquem ſtudiorũ malint: uel illi ipſi, quibus opes ad præclara ingenia fouenda latè ſuppetunt, officiumq; propagandæ uirtutis incumbit, aut rationem utilitatis publicæ, quàm maximè promouendæ, non teneant, aut cum teneant, impendere rebus priuatis, ſuisq; cogitent potius, q̃ alienis. Talis enim res eſt imperitia, ut alienam etiam credat publicam utilitatem: quaſi poſſit opibus maius quidquam effici, quàm ſi uirtus inter homines quàm latiſſimè ſpargatur. Itaq; hortos, & latifundia uoluptati circundant, arces extruunt, iſtud haud reputantes, quantum odij uel tyrannidis ſuſpicione, uel opulentiæ inuidia, impenſis ſuis aduerſum ſe moliantur. Quid autem facerent aliud principes, in quorum cubicula nunquam ingreſſus eſt liber, in quorum conſilijs nunquã libera docti hominis uox audita, quorum animis nullus unquam diſciplinæ ſenſus, uel per ſomnium innotuit? Atqui ſapientia reguntur homines, quam qui nec tenet ipſe, nec accipit ab alijs, quonam, obſecro, pacto gubernabit? Ergo qui ſapientiam & ipſe colit, & in cæteris miratur amatq;: tum nihil humilitate ipſius offenſus, omniũ reliquarum rerum impenſis ſibi comparandam cenſet, eum uerè mirandum uirum, ſplendidiſſimum patriæ ſuæ decus, & ornamentũ futurũ dicemus. Vides arbitror, Georgi, Heros clariſſime, quale exemplum ſit, quod in hoc nobis extuliſti, cum doctos apud te foues, ſtudia publica iacẽtia excitas. Neq; enim obſcurum eſt, etiam apud nos, quorum opibus, ductuq;, literæ paſſim erigant ſeſe, & fœliciter aduerſus doctrinæ hoſtes obtineant. Commemorare in iſtis tuis uirtutibus, nõ diſſimile quidem exemplum, ſed noſtrate, lubet. Fuit enim ætate noſtra, incredibili iudicij acumine, & ſubtilitate, ac omni præterea liberali doctrina egregiè inſtructus uir, Rodolphus Agrico

* ij la, è Phry

la, è Phrysia germanus: is cum Romæ propter eruditionis magnitudinem esset in precio, magno quidem ille, sed tum propter urbis frequentiam, & concursum hominũ, tum propter contentionem, quæ ei tum erat cum doctis, nõ haberet istic ocij satis ad ea studia recolenda, & animi cogitationes, quibus altissimis scatebat, componendas, patronũ tui in hoc quidem genere prorsus similimum, Ioannem Dalburgium, Vuormaciensem Episcopum, egregijs artibus mirificè excultum hominem, nactus, & ocium ex animi sentẽtia, tam fœlici patrocinio, iam assecutus, ea monumenta reliquit, quæ docti seculo nostro, ut pauci propter sublimitatem assequuntur, ita haud immerito mirantur omnes. In hunc igitur Rodolphum, uelut in magnum quendam thesaurũ, incidens Romæ Dalburgius, & abducere secũ cupiens, cum peridoneos, amplissimis conditionibus propositis, quibus facilè quisuis, nisi uerè studiosus & sapiens uir, capi poterat, frustra sæpe egisset, nullaq; re, nisi summa, id est uirtute, trahi hominem posse intelligeret, accessit ipse, omneq; animi consiliũ præsens uerbis exposuit. Cumq; plus uirtutum in oratione, quàm in conditionibus auri prætulisset, ostendissetq; (æquè enim magno literarũ desyderio flagrabat, & Romã uisendi doctos, libros Græcos istic coëmendi, & bibliothecã instruendi gratia uenerat) protinus, bonis nempe uiris, sic ob commune uirtutis studium, conueniebat inter sese, ut cum multos deinceps annos inuicẽ agerent, de conditionibus nunquam facta mentio sit: planeq; patronus Episcopus, patrono Rodolpho sic uteretur, ut æqua sorte conuiueret, nullaq; in re priuata sua, iuris plus uendicaret sibi, quàm relinqueret socio studiorum: prorsusq; quod in amicorũ lege scribitur, communia ipsis inter se omnia haberentur. Præclarum Episcopum, egregium uirtutis æstimatorem, dignũ cui sapientia occurreret: cuius mens sine dubio, sic amore pulcherrimarũ rerum accensa fuit, ut cum ingenio, cum opibus & nobilitate, cum gratia & honoribus amplissimis abundaret (erat enim summo insuper apud Palatinos Principes tum loco) subiecerit homini priuato se, totumq; uirtuti manciparit: cuius amore titulis omnibus, omni nobilitate & gradu, socio ducique uirtutum cessit. Habes exemplũ, in quo ueluti speculo, decus animi tui, sapientiæ & uirtutũ amorem, uirtutem summã scilicet clarissimè cernis. Nam tales ignes excitat semel uerè mentis oculis sapientia conspecta. Neq; uerò leuem uim esse oportet, quæ cæterarũ rerum omnium studio spoliatam mentem, tam arctè, tam potenter adiungat, deuinciatq; uirtuti. Diuinus est amor, quo laboras, Georgi Heros. Nam istuc, quod faciunt plerique hodie, quid admirationis habet? aut quæ liberalitas est? siquis studiosum unũ alat, alterum ue, qui agasones stabularios, coquos cubicularios alit tot, & maioribus illos persæpe impensis, propiusq; ad consilia admissos? Quomodo autẽ (nam hanc laudem tu tibi uel in uno hoc uiro iure uendicas) patronus studiorum sit, qui in his nihil unquam admirationis inuenit, & eorum professores inter abiectissima mãcipia, & postremos hominum reputat? Quomodo item uel familiaris esse intelligi potest, quẽ secretis animi excludimus? uel amicus censeri, quo intimius quicquam habemus? Igitur non alunt isti, sed corrumpunt studia, qui uirtutem precio subijci, & in seruitutem redigi posse credunt: quibus elegantior omnibus eruditio suspecta, ueritas grauis est, libertas intoleranda: qui cum facultatum suarum usum nullum norint, etiã uirtutis esse nullum alium putãt, quàm uel libido cæca, uel ambitio furiosa præscribit. At uerò contrà tu multos nobis & utilitati publicæ Gillios alere, & ueris animis cõplecti, ac difficultatem studiorum, quæ maxima sanè adhuc est, patrocinio, & opibus tuis releuare perges. Quæ res nõ solum digna hac amplitudine tua est, sed mirũ præterea uitæ solatium habet, quoties cogitas de pulcherrima re, sapientia scilicet, per te propagata, à bonis, studiosisq; uiris applaudi tibi, & encomia cani. Vale. Basileæ. Calend. Septembrib. Anno

M. D. XXXII.

DE GRAECORVM NOTIS ARITHMETICIS COMPENDIVM EX VETERVM Grammaticorũ monumentis per Hadria. Amerotium Sueſſionenſem.

NOTIS numerorum utuntur Græci literis alphabeticis, idq; tribus modis. Primo, ſingulis elemẽtis ſecundum alphabeti ſeriem loci ſui numerum ſignificantibus. Nam quotũ in ordine alphabeti locum quæq; litera ſortita eſt, eiuſdem numerum repræſentat, ut α primum, β ſecundum, & ita deinceps uſq; ϡ, quod uigeſimi quarti ſymbolum habet. Secundo, toto alphabeto in tres claſſes diuiſo, quarum prima eſt unitatum, ab α prima unitate uſque ι decimam unitatem porrecta, hac tamen nota ſ pro ſenario uſurpata. Secunda eſt denariorum à litera ι uſq; ϱ procedens, interiecto itidẽ hoc ſigno ϟ pro nonagenario. Tertia eſt centenorum, à litera ϱ uſq; ad finem ſua ſerie protẽſa. ſed pari modo hac nota ϡ pro nonageſimo addita. Singulis his literis, pariter & notis, ſi uirgula toni acuti nota ſubſcribatur, hoc modo ,α, prima quidem claſſis millenariorum monadas, ſecunda millenariorum decadas, tertia millenariorũ centurias ſignificabat. Tertio, ſex duntaxat literis alphabeti in deſignãdis numeris utuntur, Ι Π Δ Η Χ Μ, quarum Ι unitatem ſignificat. Π, πέντε, id eſt quinq;. Δ, δέκα, id eſt decẽ. Η, ἑκατόν, id eſt centum. Χ, χίλια, id eſt mille. Μ, μύρια, id eſt decies mille ſignificat. Reliquæ ſunt capitales literę numerorum ſuorũ, quos eoſdem per ſe ſignificant. Hæ omnes pręter Π uſq; ad quaternarium numerum, ſiue per ſe, ſiue alĳs adiunctæ, multiplicãtur, ut, Ι ΙΙ ΙΙΙ ΙΙΙΙ. 1 2 3 4. Δ ΔΔ ΔΔΔ ΔΔΔΔ, id eſt, 10 20 30 40. Η ΗΗ ΗΗΗ ΗΗΗΗ, id eſt, 100 200 300 400. Χ ΧΧ ΧΧΧ ΧΧΧΧ, id eſt, 1000 2000 3000 4000. Μ ΜΜ ΜΜΜ ΜΜΜΜ. id eſt, 10000 20000 30000 40000. Decadũ uerò centuriarum, & chiliadum, ac myriadũ quinarios, hæc elementa Δ Η Χ Μ, literæ Π inclusa ſignificant, ut [Δ], id eſt ſ0. [Η], id eſt ſ00. [Χ], id eſt ſ000. [Μ], id eſt ſ0000. Horum numerorũ adiunctione reliqui omnes numeri gignũtur, in quorum compoſitione ſemper maior minori præponendus eſt, id quod ſubiectis exemplis manifeſtum fiet.

Vnum	ια
ἕν	Δι.
ι	Duodecim
α	δώδεκα
ι.	ιβ
Duo	ιβ
δύο	Διι.
β	Tredecim
β	δεκατρία
ιι.	ιγ
Tria	ιγ
τρία	Διιι.
γ	Quatuordecim
γ	δεκατέσσαρα
ιιι.	ιδ
Quatuor	ιδ
τέσσερα	Διιιι.
δ	Quindecim
δ	δεκαπέντε
ιιιι.	ιε
Quinque	ιε
πέντε	Δπ.
ε	Sexdecim
ε	δεκαέξ
π.	ιϛ
Sex	ιϛ
ἕξ	Δπι.
ϛ	Septendecim
ϛ	δεκαεπτά
πι.	ιζ
Septem	ιζ
ἑπτά	Δπιι.
ζ	Octodecim
ζ	δεκαοκτώ
πιι.	ιη
Octo	ιη
ὀκτώ	Δπιιι.
η	Nouendecim
η	δεκαεννέα
πιιι.	ιθ
Nouem	ιθ
ἐννέα	Δπιιιι.
θ	Viginti
θ	εἴκοσι
πιιιι	κ
Decem	κ
δέκα	ΔΔ.
ι	Vigintiunum
ι	εἰκοσιέν
Δ.	κα
Vndecim	κα
ἕνδεκα	ΔΔι.
ια	Vigintiduo

εἰκοσιδύο
22
κβ
ΔΔιι.
Vigintitria
εἰκοσιτρία
23
κγ
ΔΔιιι. &c.
Triginta
τριάκοντα
30
λ
ΔΔΔ.
Trigintaunum
τριακονταεἷς
31
λα
ΔΔΔι. &c.
Quadraginta
τεσσαράκοντα
40
μ
ΔΔΔΔ.
Quadragintaunum
τεσσαρακονταεἷς
41
μα
ΔΔΔΔι. &c.
Quinquaginta
πεντήκοντα
50
ν
Δ.
Quinquagintaunum
πεντηκονταεἷς
51
να
Δι. &c.
Sexaginta
ἑξήκοντα
60
ξ
ΔΔ.
Sexagintaunum
ἑξηκονταεἷς
61
ξα
ΔΠΔι. &c.
Septuaginta
ἑβδομήκοντα
70
ο
ΔΔΔ.
Septuagintaunum
ἑβδομηκονταεἷς
71
οα
ΔΔΔι. &c.
Octoginta
ὀγδοήκοντα
80
π
ΔΔΔΔ.
Octogintaunum
ὀγδοηκονταεἷς
81
πα
ΔΔΔΔι. &c.
Nonaginta
ἐννενήκοντα
90
ϟ
ΔΔΔΔΔ.
Nonagintaunum
ἐννενηκονταεἷς
91
ϟα
ΔΔΔΔΔι.
Centum
ἑκατόν
100
ρ
H.
Ducenta
διακόσια
200
σ
HH.
Trecenta
τριακόσια
300
τ
HHH.
Quadringenta
τετρακόσια
400
υ
HHHH
Quingenta
πεντακόσια
500
φ
H.
Sexcenta
ἑξακόσια
600
χ
HH.
Septingenta
ἑπτακόσια
700
ψ
HHH
Octingenta
ὀκτακόσια
800
ω
HHHH.
Nongenta
ἐννιακόσια
900
ϡ
HHHHH.
Mille
χίλιοι
1000
,α
X.
Bismille
δισχίλιοι
2000
,β
XX.
Termille
τρισχίλιοι
3000
,γ
XXX.
Quatermille
τετρακισχίλιοι
4000
,δ
XXXX.
Quinquies mille
πεντακισχίλιοι
5000
,ε
H.
Sexies mille
ἑξακισχίλιοι
6000
,ς
HX.
Septies mille
ἑπτακισχίλιοι
7000
,ζ
HXX.
Octies mille
ὀγδοακισχίλιοι
8000
,η
HXXX.
Nonies mille
ἐννιακισχίλιοι
9000
,θ
HXXXX.
Decem millia
μύρια
10000
,ι
M.
Viginti millia
δυσμύρια
20000
,κ
MM.
Triginta millia
τρισμύρια
30000
,λ
MMM.
Quadraginta millia
τετρακισμύρια
40000
,μ
MMMM.
Quinquaginta millia
πεντακισμύρια
50000
,ν
M.
Sexaginta millia
ἑξακισμύρια
60000
,ξ
MM.
Septuaginta millia
ἑπτακισμύρια
70000
,ο
MMM.
Octoginta millia
ὀγδοακισμύρια
80000
,π
MMMM.
Nonaginta millia
ἐννεακισμύρια
,ϟ
MMMMM.
Centum millia
δεκαμύρια
100000
,ρ.
Ducẽta millia
εἴκοσι μύρια
200000
,σ.
Trecenta millia
τριάκοντα μύρια
300000
,τ.
Quadringẽta millia
τεσσαράκοντα μύρια
40000
,υ.
Quingẽta millia
πεντήκοντα μύρια
500000
,φ.
Sexcenta millia
ἑξήκοντα μύρια
600000
,χ
Septingenta millia
ἑβδομήκοντα μύρια
700000
,ψ
Octingenta millia
ὀγδοήκοντα μύρια
800000
,ω
Nongenta millia
ἐννενήκοντα μύρια
900000
,ϡ.

NOTA

NOTA in compositione nominum numeralium maiorem numerum minori præferri sine cõiunctione, contrà uero minorem maiori intercedente coniunctione copulatiua καὶ, id est, &: ut

Δεκάτρια, uel τριακαίδεκα
Δεκατέσσαρα, uel τεσσαρεσκαίδεκα
Δεκαπέντε, uel πεντεκαίδεκα
Δεκαὲξ, uel ἑκκαίδεκα
Δεκαεπτὰ, uel ἑπτακαίδεκα
Δεκαοκτὼ, uel ὀκτωκαίδεκα
Δεκαεννέα, uel ἐννεακαίδεκα. &c.

Sunt & alia quædam nomina numeratiua, ab his numerabilibus deriuata, partim in πλοῦς desinentia, ut

Διπλοῦς	duplex
Τριπλοῦς	triplex
Τετραπλοῦς	quadruplex
Πενταπλοῦς	quintuplex
Ἑξαπλοῦς	sextuplex.
Ἑπταπλοῦς	septuplex
Ὀκταπλοῦς	octuplex
Ἐννεαπλοῦς	noncuplex
Δεκαπλοῦς	decuplex. &c.

Partim in πλάσιος terminata, ut

Διπλάσιος	duplus
Τριπλάσιος	triplus
Τετραπλάσιος	quadruplus
Πενταπλάσιος	quintuplus
Ἑξαπλάσιος	sextuplus
Ἑπταπλάσιος	septuplus
Ὀκταπλάσιος	octuplus
Ἐννεαπλάσιος	noncuplus
Δεκαπλάσιος	decuplus. &c.

Partim in ας exeuntia fœminina, ut

Μονάς	unitas
Δυάς	duitas
Τριάς	trinitas
Τετράς	quaternitas
Πεμπάς	quinarius
Ἑκτάς	senarius.
Ἑπτάς	septenarius
Ὀγδοάς	octonarius
Ἐννεάς	nouenarius
Δεκάς	denarius
Χιλιάς	millenarius
Μυριάς	decies millenarius. &c.

De nominibus ordinalibus.

Quinetiam ipsi ordinales numeri à superioribus ducunt originem, ut

πρῶτος	primus	Δεύτερος	secundus
Τρίτος	tertius	τέταρτος	quartus
πέμπτος	quintus	Ἕκτος	sextus
Ἕβδομος	septimus	ὄγδοος	octauus
Ἔνατος	nonus	Δέκατος	decimus
Ἑνδέκατος	undecimus		
Δυοκαιδέκατος	duodecimus		
Τρισκαιδέκατος	decimustertius		
Τεσσαρεσκαιδέκατος	decimusquartus		
Πεντεκαιδέκατος	decimusquintus		
Ἑκκαιδέκατος	decimussextus		
Ἑπτακαιδέκατος	decimusseptimus		
Ὀκτωκαιδέκατος	decimusoctauus		
Ἐννεακαιδέκατος	decimusnonus		
Εἰκοσός	uigesimus		
Εἰκοσός πρῶτος	uigesimusprimus		
Εἰκοσός δεύτερος	uigesimussecundus		
Τριακοσός	trigesimus		
Τριακοσός πρῶτος	trigesimusprimus		
Τεσσαρακοσός	quadragesimus		
Τεσσαρακοσός πρῶτος	q̃dragesimusprimus		
Πεντηκοσός.	quinquagesimus		
Πεντηκοσός πρῶτος	quinq̃gesimusprim⁹		
Ἑξηκοσός	sexagesimus		
Ἑξηκοσός πρῶτος	sexagesimusprimus		
Ἑβδομηκοσός	septuagesimus		
Ἑβδομηκοσός πρῶτος	septuagesimusprim⁹		
Ὀγδοηκοσός	octogesimus		
Ὀγδοηκοσός πρῶτος	octogesimusprimus		
Ἐννενηκοσός	nonagesimus		
Ἐννενηκοσός πρῶτος	nonagesimusprimus		
Ἑκατοσός	Centesimus		
Διακοσιοσός	ducentesimus.		
Τριακοσιοσός	trecentesimus		
Τετρακοσιοσός	quadringentesimus		
Πεντηκοσιοσός	quingentesimus.		
Ἑξακοσιοσός	sexcentesimus		
Ἑπτακοσιοσός	septingentesimus		
Ὀκτακοσιοσός	octingentesimus		
Ἐννακοσιοσός	nongentesimus		
Χιλιοσός	Millesimus		
Δισχιλιοσός	bis millesimus		
Τρισχιλιοσός	ter millesimus		
Τετρακισχιλιοσός	quater millesimus		
Πεντακισχιλιοσός	quinquies millesimus		
Ἑξακισχιλιοσός	sexies millesimus		
Ἑπτακισχιλιοσός	septies millesimus		
Ὀκτακισχιλιοσός	octies millesimus		
Ἐννακισχιλιοσός	nouies millesimus		
Μυριοσός	decies millesimus.		

DE NVMERIS GRAECIS FINIS.

QVIBVS MODIS APVD

GRAECOS DIES SINGVLORVM MENSIVM, QVOS LATI-ni Calendarum, Nonarum, atque Iduum uocabulis appellant, de-signentur, per Philippum Melanchthonem.

ON conueniunt Attici menſes cum noſtris: nam illi, ſicut & Hebræorũ menſes, tantum ad Lunæ curſum computabantur. Luna & auſpicabatur & finiebat menſem. Noſtri menſes alia ratione deſcripti ſunt, nempe ut in conficiendo anno magis ad Solis curſum quadrarent.

Auſpicabantur autem annum Athenienſes abæſtiuo ſolſtitio, ut teſtatur Simplicius, cum ait: ἀς δὲ ἡμεῖς ποιούμεθα ἀρχὰς ἐνιαυτῶ μὴν πρὸ θερινὰς τροπὰς, ὡς Ἀθηναῖοι. ἢ πρὸ μετοπορινὰς, ὡς οἱ πρὸ τῶν νῦν καλουμένην Ἀσίαν. ἢ πρὸ χειμερινὰς, ὡς ῥωμαῖοι. ἢ πρὸ ἐαρινὰς, ὡς Αραβες καὶ Δαμασκηνοί. Et cum ad Lunæ curſum Attici menſes computentur, non conueniunt cum Latinis, nec poſſunt commode ſingulis noſtrorum menſium nominibus reddi, ſi quando Attica nomina interpretari uelis. Menſis primus is eſt, qui ſolſtitio æſtiuo proximus eſt, iuxta intercalandi rationem: proinde partem quandam Iunij primus menſis occupat. Quare ſi primum Iunium expones, cæteros ordine ſubijcere poteris: tametſi id, ut dixi, fit incommode. Verum docendi cauſa adſcripſimus.

Ἑκατομβαιὼν	Iunius	ab Hecatombis Iouis. Nam & Cronius dicebatur.
Μεταγειτνιὼν	Iulius	à Metagitnijs Apollinis ſacris.
Βοηδρομιὼν	Auguſtus	à Boëdromijs ſacris. Plutarchus in Theſeo.
Μαιμακτηριὼν	September	à Mæmacta. Iouis appellatio eſt, & turbidum aërem ſignificat.
Πυανεψιὼν	October	à pyanis fabis, in Apollinis ſacris.
Ἀνθεστηριὼν	Nouember	quòd campi floribus priuati ſunt, ἄνθος στρῶ.
Ποσειδεὼν	December	à Neptuni & Palladis certamine.
Γαμηλιὼν	Ianuarius	à Iunone, quæ præeſt nuptijs.
Ἐλαφηβολιὼν	Februarius	ἐλαφήβολος, uenator.
Μουνυχιὼν	Martius	à Munychijs Dianæ ſacris. Plutarchus in Theſeo.
Θαργηλιὼν	Aprilis	quòd caleſcat terra, θέρω χῶ, & θαργήλια Apollinis ſacra ſunt.
Σκιροφοριὼν	Maius	à Sciris umbraculis, ſignificant ædificandum eſſe.

Diuidunt menſem in tres decadas, uocantq; ἱσαμένην, μεσοῦντα, καὶ λήγοντα. Trigeſimũ diem uocant ἕνην καὶ νέαν. Quæ autem fuerit intercalandi ratio, qua efficiebant ut ad curſum Solis tamen lunares menſes congruerent, docet Macrobius.

DE INTERCALATIONE EX MACROBIO.

Vm ergo Romani ex hac diſtributione Pompilij ad Lunæ curſum, ſicut Græci, annum proprium computarent, neceſſariò & intercalarem menſem inſtituerunt more Græcorum. Nam & Græci, cum animaduerterẽt temere ſe trecentis quinquagintaquatuor diebus ordinaſſe annum, quoniam apparet de Solis curſu, qui trecentis ſexagintaquinque diebus & quadrante zodiacum cõficit, deeſſe anno ſuo undecim dies & quadrantem, intercalares ſtatuta ratione commenti ſunt, ita ut octauo quoq; anno nonaginta dies, ex quibus tres menſes tricenûm dierum compoſuerunt, intercalarent. Id Græci fecerunt, quoniam erat operoſum atque difficile, omnibus annis undecim dies & quadrantem intercalare. Itaque maluerunt hunc numerum octies multiplicare, & nonaginta dies qui naſcuntur, ſi quadrans cum diebus undecim octies componatur, inſerere, in tres menſes, ut diximus, diſtribuendos. Hos dies ὑπερβαίνοντας: Menſes uerò ἐμβολισμοὺς appellabant. Hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit, ſed fruſtra: quippe fugit eos, diem unum (ſicut ſuprà admonuimus) additum à ſe ad Græcum numerum, in honorem imparis numeri. Ea re per octennium conuenire numerus atq; ordo nõ poterat. Sed nondum hoc errore cõperto, per octo annos nonaginta quaſi ſuperfundendos Græcorum exemplo computabant dies, alternisq; annis binos & uicenos, alternis ternos uicenosq; intercalares expenſabant intercalationibus quatuor. Sed octauo quoque anno intercalatores octo affluebãt dies ex ſingulis, quibus uertentis anni numerum apud Romanos ſuper Græcum abundaſſe iam diximus. Hoc quoque errore iam cognito, hæc ſpecies emendationis inducta eſt. Tertio quoque octennio ita intercalandos diſpenſabant dies, ut nõ nonaginta, ſed ſexaginta ſex intercalarent,

rent, compensatis uigintiquatuor diebus pro illis, qui per totidem annos supra Grecorum numerũ creuerant. Omni autem intercalationi mensis Februarius deputatus est, quoniam is ultimus anni erat. Quòd etiam ipsum de Græcorum imitatione faciebant: nam & illi ultimo anni sui mensi, superfluos interserebant dies, ut refert Glaucippus, qui de sacris Atheniensium scripsit. Verum una re à Græcis differebant, nam illi confecto ultimo mense, Romani non cõfecto Februario, sed post uigesimum & tertium diem intercalabant, Terminalibus scilicet iam peractis. Deinde reliquos Februarij mensis dies, qui erant quinque, post intercalationem subiungebant, credo, uetere religionis suæ more, ut Februarium omnino Martius sequeretur.

Calendæ.	1	Νουμηνία	
IIII	2	δευτέρα ἰσαμένου	
III	3	τρίτη ἰσαμένου	
Pridiæ.	4	τετάρτη ἰσαμένου	
Nonæ.	5	πέμπτη ἰσαμένου	
VIII	6	ἕκτη ἰσαμένου	
VII	7	ἑβδόμη ἰσαμένου	
VI	8	ὀγδόη ἰσαμένου	
V	9	ἐννάτη ἰσαμένου	
IIII	10	δεκάτη	
III	11	πρώτη ὕστ δέκα	μεσοῦντος
Pridie idus.	12	δευτέρα ὕστ δέκα	
Idus.	13	τρίτη ὕστ δέκα	
XVIII Calendas.	14	τετάρτη ὕστ δέκα	
XVII	15	πέμπτη ὕστ δέκα	μέση
XVI	16	ἕκτη ὕστ δέκα	
XV	17	ἑβδόμη ὕστ δέκα	
XIIII	18	ὀγδόη ὕστ δέκα	
XIII	19	ἐννάτη ὕστ δέκα.	Dicitur & ὕστ δεκάτη.
XII	20	Εἰκάς	Pollux facit etiam πρώτη
XI	21	δεκάτη φθίνοντος	ὕστ ἑνάδι
X	22	ἐννάτη φθίνοντος	δευτ. ὕστ ἑνάδι
IX	23	ὀγδόη φθίνοντος	γ ὕστ ἑνάδι
VIII	24	ἑβδόμη φθίνοντος	δ ὕστ ἑνάδι
VII	25	ἕκτη φθίνοντος	ε ὕστ ἑνάδι
VI	26	πέμπτη φθίνοντος	ς ὕστ ἑνάδι
V	27	τετάρτη φθίνοντος	ζ ὕστ ἑνάδι
IIII	28	τρίτη φθίνοντος	η ὕστ ἑνάδι
III	29	δευτέρα φθίνοντος	θ ὕστ ἑνάδι
Pridie Calend.	30	ἕνη καὶ νία.	Dicitur & πρώτη μεθ' ἑνάδα, & ita deinceps.

ALIA QVAEDAM DE MENSIBVS HAVD POENITENDA.

Athenienses mensem tantum triginta dies præter Romanorũ consuetudinem iuxta Lunæ augmentum decrementumq; complectentem, in tres decadas decernendo, primã nominabant ἰσαμένε μηνός, secundam μεσοῦντος, tertiam φθίνοντος. Deinde primæ decadis diem primam νουμηνίαν, secundam δευτέραν ἰσαμένου, tertiam τρίτην ἰσαμένου, & sequenter usque ad δεκάτην ἰσαμένου. Secundæ decadis primam diem, πρώτην ὕστ δέκα, secundã δευτέραν ὕστ δέκα, usq; ad εἰκοστὴν seu εἰκάδα. Tertiæ primam, πρώτην ὕστ εἰκάδα, uel Solonis inuentu numeros dierũ ad Lunæ decrementum minuendo, ἐννάτην φθίνοντος, secundam ὀγδόην φθίνοντος, tertiam ἑβδόμην φθίνοντος, usq; ad τριας-

ad τριακάδα, quam etiam ἕνην καὶ νέαν, id est ueterē & nouam uocabāt. Eo die exactiones debitorū & usurarū, ut patet ex Aristoph. similiter forensia iudicia Athenis fieri solebant. quod & apud Hesiodū ostenditur, εὖτ' ἂν ἀληθείαν λαοὶ κρίνοντ' ἄγοσιν. ubi Vallæ translatio minus apte cohæret. Item Hesiodus ἕκτῳ ὅσσα δίχα, id est, sextam mediæ decadis, seu decimam sextām, præter uulgatum morem, ἕκτῳ μίσην uocat, decimam quartam τετράδα μίσην, decimam nonam ἐνάδα μίσην, uicesimā nonam τρισεινάδα. & πέμπας intelligit quintā, quintam decimam, ac uicesimā quintam. τετράδα ἰσαμένουτε καὶ φθίνοντος, quartam & uicesimam quartam. τρισκαιδεκάτῳ μηνὸς ἰσαμένου, decimā tertiam. Insuper duodecimam ἥμαρ ἔκπλεον, id est, diem cumulatam & adauctam appellat. & uicesimam μεγάλην ἡμέραν siue πλέον ἦμαρ, quòd summa dies sit, μηνὸς μεσοῦντος, diebus τῷ φθίνοντος cōtinuò insequentibus. Præterea nec singulatim omnes dies, neque ex ordine commemorat, sed repetit quosdam bis uel ter, nonnullis interim uelut μεταδούπων, καὶ ἀκριβῶν prætermissis. Deniq; scitu dignum, quòd ἕνη καὶ νέα dici potest simul tricesima dies mensis decedentis & instantis prima. Item prima dies Lunæ iam apparentis, & tertia à coitu digressæ. Vnde illud Hesiodi, μὴ δ' ἀναβάλλεσθαι ἔστ' αὔριον ἔσθ' ἕννηφι, uertere licet, neque differ inq; crastinum, inq; perendinum, tertiam Lunę, nouilunium, uel sequentem mensem. Quandoquidem Lunam 27. diebus & tertia ferè diei parte ad sui ambitus principia regredi, & ueterum probat, & recentiorum consensus. inde biduo in coitu latentem, ad tricesimam diem cum tardissime, reaccensam conspici. Vide Plinium libro secundo, capite nono. De mensibus Athenienſium cōsule quoq;, si libet, Suidam in ἕνη καὶ νέα. Theodorū Gazam τοῖς μησῶν. & Hesychium in τῷ μὲν φθίνοντος μηνός, τῷ δ' ἰσαμένοιο. Inter quos disconuenit, quòd Suida in tertia decade retrogradatim numeranda, de nonario tantum ad binarium, qui diem signat uicesimam octauam, descendit, continuoq; subiungit ἕνην καὶ νέαν, quam idem, astipulante quoq; Proclo, νουμηνίαν appellat, quæ uicesima nona esset, tricesima desiderata, quodq; primæ decadis primā uocat πρώτην ἰσαμένου, Polluce & Gaza appellātibus νουμηνίαν. Sed & Gaza ubi Solonis meminit, aperte ostendit nō eandem diem esse, ἕνην καὶ νέαν & νουμηνίαν. Eius uerba hæc sunt: Σόλωνα γὰρ πρῶτον ἀθήνησι τοῖς τοῖς τοὺς μῆνας ἀνωμαλίαν σινιδεῖν φασι. καὶ τὴν μὲν ἡμέραν, καθ' ἣν ἡ σελήνη καταλαμβάνει τε καὶ παρέρχεται τὸν ἥλιον, τάξαι ἕνην καὶ νέαν καλεῖσθαι, τὴν δ' ἑφεξῆς νουμηνίαν προσαγορεῦσαι. ἄχρι τετρακάδος τὸν μῆνα ἀριθμηνέναι. Ex quibus apparet primores Athenienses tantum uicenum nouenum dierum menses cōputasse, dein tricenum Solonem, νεομηνία, quæ prima esset Lunæ recentis, post ἕνην καὶ νέαν diem coitus adiecta. Vnde & diuersam illam de mensium diebus traditionem authorum conjicio irrepsisse. Præterea constat Græcis ob succrescentes in Lunæ motu minutias suas etiam fuisse ἐμβολίμους καὶ ἐπακτάς, sicut Romanis intercalares.

DE MENSIBVS, ET CAETERIS AD ANNVM PERTINENTIBVS, EX POLLVCE.

Κ δὲ μηνῶν, σιτηρέσιον ἔμμηνον, καὶ μηνιαῖον καὶ τριακονθήμερον, καὶ ἑξάμηνον.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΕΡΩΝ ΤΟΥ ΕΤΟΥΣ.

Τὰ δὲ μέρη τοῦ ἔτους, ἰσαμένου τοῦ ἔτους, μεσοῦντος, ἢ λήγοντος. καὶ πάλιν, πρώτου ἔτους, καὶ νέου ἔτους, καὶ ἀκμάζοντος τοῦ ἔτους. καὶ μεσοῦντος τοῦ ἔτους, καὶ παυομένου, καὶ λήγοντος.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΕΤΤΑΡΩΝ ΩΡΩΝ.

Καὶ αἱ ὧραι, χειμὼν. καὶ χειμερινὴ ὥρα. καὶ χειμέριος ὥρα. καὶ ὥρα ἔτους. καὶ μετόπωρον. καὶ ἔαρ. καὶ ἐαρινὴ ὥρα. καὶ θέρος. καὶ θερινὴ ὥρα. καὶ μετοπωρινὴ ὥρα, καὶ φθινόπωρον, καὶ φθινοπωρινὴ ὥρα. καὶ ἰδίως τὸν καιρὸν τοῦτον, ὀπώραν ὀνομάζουσιν, ὃς ῥᾴτ' ὀπώρης εἶσι. Φιλοτιμότερον δὲ, θέρους ἀκμή. καὶ ἔρος ὑπολήγοντος, καὶ ὑπολάμποντος. καὶ ἔρος ὑπανθοῦντος. καὶ ὡς Θουκυδίδης, τοῖς σίτου ἐκβολή. καὶ σίτου χλωροῦ ὄντος. καὶ τοῖς σίτου ἀκμή. Καὶ ἀπὸ τῶν ὅσα τοῖς καρποῖς καιρῶν. οἷον, τρυγητὸς καιρὸς. καὶ ἀμητοῦ καιρός. καὶ σπόρος καιρός. καὶ τοῖς καρπῶν συλλογή. καὶ ἀμπέλου ὀργάσκη. καὶ ἐλαίας περκνίς. καὶ τῆς γῆς ἀνθούσης. Καὶ ἄλλως, τὸ ἔαρ τοῖς ἐφύρων πνοάς. καὶ τὸ θέρος, τοῖς τὰ ἐτησία πνεύματα. Καὶ ἀπὸ ἄστρων, τοῖς ἀρκτοῦρον ἰσάμβιον. καὶ τοῖς τὸν σείριον ἀστέρα. καὶ τοῖς πλειάδων ἐπιτολάς. καὶ τοῖς πλειάδων δυσμάς. καὶ τὸ θέρος τε διάγειν, θερίσαι, καὶ ἐνθερίσαι. καὶ τὸ ἔρος, ἐαρίσαι, καὶ ἐνεαρίσαι. καὶ τὸ χειμῶνος, χειμάσαι, καὶ ἐγχειμάσαι. καὶ χωρία χειμάδια, οὐκέτι μέντοι καὶ μετοπωρίσαι ὅθεν ἐν χρήσει. ἐκ δὲ τοῦ ὁμοίου, χρῆσθαι ἄν τις αὐτῷ δύναιτο.

ΠΕΡΙ ΜΕΡΩΝ ΜΗΝΟΣ.

Μέρη δὲ μηνός, ἰσαμένου, μεσοῦντος, καὶ λήγοντος. ὡς καὶ τὰς τρεῖς δεκάδας οὕτω τῶς διαιρεῖν. καὶ ἡ μὲν πρώτη ἡμέρα, νουμηνία. ἀπὸ δὲ τῆς β ἄχρι τῆς α δεκάδος, τὸ ἰσαμένου προσθετέον. μεχρὶ δὲ τῶν ι, Ἡσίοδος μὲν, ε. τῶν μέσην φησί. τῶν ε. τε καὶ ι. λέγων. ἡμὴν δὲ ῥητέον, α. ὅσα ι. καὶ β. ὅσα ι. καὶ μέχρι τῆς εἰκοσάδος. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, α. ὅσα ἐνάδι. ἡ δ' αὐτὴ, καὶ θ. φθίνοντος. θ. γὰρ λοιπὰ, ἀπὸ τῆς κα. καὶ ὁμοίως ἄχρι τῆς τριακάδος ἣν οἱ

ἀττικοὶ

ἀθηναῖοι καλοῦσιν ἕνην καὶ νέαν, ὁμήρου εἰπόντος, τῷ μὲν, φθίνοντος μηνός, τῷ δ' ἰσαμένου. διελόντι δὲ εἰς τρία τὸν μῆνα, τὸ τρίτον ἂν αὐτῷ καλοῖτο δίχηνον.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΦ' ΗΜΕΡΑΣ ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ.

Καὶ τὸ μὲν ἐφ' ἑκάστην ἡμέρα γιγνόμενον, ἡμερήσιον. τὸ δὲ δι' ὅλης ἡμέρας πραττόμενον, πανήμερον, ἢ καὶ πανημέριον. ὡς καὶ τὸ δ' ὅλης τῆς νυκτὸς, πάννυχον, καὶ πανύχιον. τὸ δὲ διὰ μιᾶς ἡμέρας πραχθὲν, αὐθήμερον. καὶ τὸ τῷ αὐτῷ ὁδὸν διὰ μιᾶς ἡμέρας ἐπανελθεῖν, αὐθημερίσαι. καὶ τὸ δι' ὅλης τι πρᾶξαι ἡμέρας, ἡμερεῦσαι, καὶ διημερεῦσαι. οἷον ὅτι τῶν βαναύσων ὁ πλάτων εἴρηκε, πρὸς τὸν ἡμερεύοντας. λέγοιτο δ' ἂν καὶ παρημερεῦσαί τινι ἔργῳ, ἢ ἀνθρώπῳ. καὶ ὁ δι' ὅλης ἡμέρας θέων, ἡμεροδρόμος. τὸ δ' εἰς τῷ ἐπιοῦσαν μὴ μένον, ἐφήμερον. τὸ δὲ παρὰ μίαν, παρημερον. ἑτερήμερον. φαίης δ' ἂν τὴ ἐπιούσῃ ἡμέρα, καὶ τῇ δεκούσῃ, καὶ τῇ πρωτεραίᾳ, καὶ τῇ πρωτέρᾳ, καὶ τῇ χθές. ὅτι δὲ τὸ ἐν αὐτῇ πραχθέντος, χθιζὸν, ἴωλον. ὅτι δὲ τῆς παρούσης ἡμέρας, τήμερον, καὶ σήμερον, καὶ ἡ ἐνεσῶσα, καὶ ἡ ἐνεσηκυῖα. ἡ δ' ἐπιοῦσα ἡμέρα, καλεῖται αὔριον, καὶ ὑστεραία. καὶ προσιοῦσα. τῷ δὲ μετ' αὐτῷ, ἑκάστης ἀνὸς ἔνκφι Ἡσίοδος καλεῖ, εἰ μὴ τῷ τριακάδα οὕτω λέγει. ἰδίως παρ' ἀθηναίοις καλοῦνται τριακάδες, ὅτι τῶν τετελευτηκότων φιλοτιμότερον δὲ προστιθέναι τῷ εἰς πρόθεσιν ταῖς ἐπιούσαις ἡμέραις. οἷον, εἰς αὔριον, καὶ εἰς τῷ ἐπιοῦσαν, καὶ εἰς ἡμέραν γ, καὶ εἰς ἡμέραν δ. λέγεται δὲ καὶ εἰς ἡμέραν ῥητῷ, εἰς ἣν ἂν ὁρισώμεθα. εἰς ἡμέραν ὡρισμένην, καὶ εἰς ἡμέραν διωμολογημένην. καὶ ἡμέρα κυρία, ἡ ἐπί τινι τεταγμένη. καὶ χωρὶς δὲ τῆς ἡμέρας, εἴπωσιν ἂν οἱ ῥήτορες, παρούσης τῆς κυρίας. καὶ ἐνεστώσης τῆς κυρίας. προσυπακούεται γὰρ τὸ, ἡμέρας. ὅτι δὲ τῶν παρελθουσῶν ἡμερῶν, ἡμέρα γ. καὶ τρίτῳ ταύτῳ ἡμέραν. καὶ τὰς ἄλλας ὁμοίως.

ΠΕΡΙ ΜΕΡΩΝ ΗΜΕΡΑΣ.

Μέρη δὲ ἡμέρας, περίορθρον. ὄρθρος, ὑπολαμπύσης ἡμέρας. ὑποφαινούσης. ἕως πρωΐ, ἕως ἡλίου ἀνίσχοντος. περὶ ἡλίου ἐπιτολάς, πρωΐ. καὶ πρωὶ τῆς ἡμέρας. μεσούσης ἡμέρας. καὶ περὶ μεσημβρίαν. ἡλίου ἐπὶ κεφαλῆς ἰσαμένη. κλίνοντος εἰς τὰ μεσημβρινὰ τοῦ θεοῦ. δείλης. δείλης ὀψίας. καὶ μεσημβρινοῦ καιροῦ. καὶ δειλινοῦ καιροῦ. ἡλίου εἰς τὰ κάτω ῥέποντος. ὀψὲ τῆς ἡμέρας. τὸ γὰρ πρωϊαίτατον, καὶ ὀψιαίτατον, οὐκ ὅτι ἡμέρας μέρους, ἀλλ' ὅτι χρόνου λέγεται. οἷον, ταχέως, καὶ βραδέως, ὡς ὅτι τῶν τι πραττόντων πρὸ καιροῦ, ἢ μετὰ καιρόν. πρωὶ τῆς ἡλικίας. καὶ προϊαίτερον, καὶ προΐτατον. καὶ ὀψὲ τῆς ἡλικίας, ὀψιαίτερον, ὀψίτερον. ὀψιαίτατον, ὀψίτατον. Περὶ ἡλίου δυσμὰς, ἑσπέρας. ὅτε ἤδη συνεσκοτάζει, καὶ σκοτιαῖοι ἀφίκοντο.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΗΣ ΝΥΚΤΟΣ ΜΕΡΩΝ.

Τὰ δὲ τῆς νυκτὸς μέρη, νυκτὸς ἀρχή. καὶ περὶ πρώτου νύκτα. καὶ νυκτὸς ἀρχομένης. καὶ περὶ πρώτης φυλακῆς καὶ δευτέρας, καὶ τρίτης. ἢ καθ' Ὅμηρον, περὶ πρώτου μοῖραν. ἢ περὶ πρῶτον ὕπνον, εἰ μὴ εὐτελές. μεσούσης νυκτός. μέσον νυκτῶν. ὅτου τὸ λυκαυχές, ὅπερ Ὅμηρος ἀμφιλύκην νύκτα καλεῖ. περὶ ἀλεκτρυόνων ᾠδάς. ἀλεκτρυόνων ἀοιδὸν πρῶτον. ὅτου τὸν ᾠδὸν ὄρνιθα. καὶ τὸ μὲν νυκτός τι πρᾶξαι, νυκτερεῦσαι. καίπου καὶ νυκτερινὰ φυλακαί. τὸ δὲ δι' ὅλης νυκτὸς, διανυκτερεῦσαι. καὶ τὸ μὲν ἑσπέρας, προσαγρυπνῆσαι, καὶ ἐφεσπερεῦσαι καὶ ἐφεσπερεύσασθαι. τὸ δὲ προανασῆναι περὶ τὸν ὄρθρον, ἐπορθρεύσασθαι. ὥρα δὲ, καὶ ἡμιώριον, σημεῖον, ὡς Μίκανδρος, ὠνομάζετο παρὰ τοῖς παλαιοῖς. καὶ ἀπὸ σκιᾶς δὲ ἐδηλοῦτο. οἷον, δεκάπους ἡ σκιὰ, καὶ ἑνδεκάπους. ἔσι δὲ τῶν καιρῶν, καὶ τὰ ἐπιρρήματα τῷ χρόνου, τότε. καὶ πότε. καὶ ὁπότε. καὶ ὁπηνίκα. καὶ πηνίκα. καὶ ἡνίκα. καὶ τηνικαῦτα. καὶ ποτέ. καὶ πάλαι. καὶ προπάλαι. καὶ τριπάλαι. καὶ πρὸ ὀλίγου. πρὸ πολλοῦ. μετ' ὀλίγον. ὀλίγῳ ὕστερον. βραχὺ ὕστερον. ἄρτι, ὅ ὅσπερ πρὸ μικροῦ. καὶ νῦν δή, ὅ ὅσπερ ταυτόν. καὶ ἄλλα πολλὰ, τῆς αὐτῆς ἰδέας ἐσί.

ΤΕΛΟΣ.

DICTIONARIVM GRAECVM, OPTIMORVM, ERVDITISSIMORVMQ accurata opera, præ omnibus in hunc diem, & maxime auctum, & fidelissime castigatum.

Τὰ τῶ Α σημαντικά.

Leui spiritu in cõpositione priuatoria est particula, ab ἀπὸ (ut apparet) interciſa, ut ἄκλητος, nõ uocat⁹. A Theodoro Gaza lib. iij. grammaticæ institutionis duo excipiuntur, ἄλυσις nimirum & ἄδης, in quibus α aspiratur, etiam si priuationẽ notet. Porrò quoties adiungitur dictionibus à uocali incipientibus, ferè assumit ν, idq; euphoniæ gratia, ut ἄνανδρος, id est, non uirilis.

Item adiunctionẽ notat, ut ἄλοχος coniunx, quasi eiusdem lecti, ἄκοιτις uxor, quasi σύγκοιτος, eiusdem cubilis.

Item multum ἐπιτατικῶς, ut ἐν ἀξύλῳ ὕλῃ dixit Homerus pro πολυξύλῳ, id est multis lignis abundante, ἀθρεῖν attentissime inspicere.

Item ὁμοῦ simul, ut ἀδελφοὶ, id est uterini fratres. δελφὺς enim uterum significat, quasi eiusdem & similis uteri.

Item φαῦλον, ut ἄρυθμος, id est histrio indecenter & uitiose se gerens in rythmis.

Item magnum, ut τὸ ἀχανὲς πέλαγος, id est, uastum & immensum pelagus.

Item ἴσον, ut ἀτάλαντον, æquiualens, æquale.

Item abundat aliquando in compositione α eodẽ spiritu, ut in ἄσαχυς, quod nihil aliud quàm σάχυς significat.

Ἄ. quæ, aliqua, quæcunq; propria.

Τὸ Α μεθ' ἑαυτῶ

Ἄ ἄ. utinam, ὦ, ualde, & aduerbiũ stuporis.

Ἄ ἄ. admirandi aduerbium.

Ἄ ἄ. utrunq; leui spiritu, aduerbiũ exclamandi, adhortãdi, terrendi, aut cõmiserationis. Item multitudo aquarum, teste Hesychio.

Ἀάβακτοι, οἱ, incolumes.

Ἀαγὴς, inuulneratum.

Ἀαγὴς. ἐος. ὁ. ἡ. infrangibilis, robustus.

Ἄαδα. ægestas Laconice.

Ἀαδέω. turbare, afficere contumelia, egere, confici fame.

Ἄαδεν. molestus fuit.

Ἀαδίνη. ης. ἡ. succerda, porcinum stercus.

Ἀαδὴς. ἐος. ὁ. ἡ. iucundus.

Ἀάθικτον. ν. τὸ. incorruptibile, nõ obnoxium damno.

Ἄακτον. τὸ. inuulnerabile, sanum.

Ἀάλιον. ου. τὸ. inordinatum.

Ἀαναίμα. ἡ. πολλαχὴ χάρις. Hesychius.

Ἀανὲς. τὸ. nondum absolutum.

Ἀανὴς. ἐος. ὁ. ἡ. utilis.

Ἄαυλα. ας. ἡ. genus inauris.

Ἄαπτος. ὁ. ἡ. intangibilis, uel cui nocere quis nequit. Aliquando idem quod ἀπρόσιτος, id est inaccessus. Sic Homer. Iliad. α, Iouis irati manus ἀάπτους uocat, quòd ijs nemo audeat appropinquare.

Ἄας. in crastinum Bœotis, alijs perendie.

Ἄασας. uehemẽter nocuisti, pro ἄσας, ab ἄτω.

Ita ἀασάμην, nocui, incidi, & ἀάσαι, nocuisse, obdormiuisse, esse saturũ, intulisse tristitiã.

Ἀάσθης. deliquisti, nocuisti.

Ἀασίφορος. ου. ὁ. nocumentum ferens.

Ἀασίφρων. ὁ. demens, insanus.

Ἀάσκει. nocet, corrumpit.

Ἀάσχετος. ν. ὁ. ἡ. irretentibilis, incontinens, intemperans, inobediens.

Ἄᾶτω. læsus est, ab ἄτω, ualde ledit.

Ἄατος. ου. ὁ. καὶ ἀάτος, insatiabilis, innocuus, quasi ἄνευ ἄτης, id est, sine nocumẽto, facilis

Ἀάτυλος. ν. ὁ. innocuus.

Τὸ Α. μετὰ τῶ Β.

Ἄβα. rota, clamor.

Ἀβάγητος. ν. ὁ. tenuis.

Ἄβαγνα. τὰ. rosæ Macedonibus.

Ἄβαζος. ὁ. taciturnus. βάζειν loqui est Suid.

Ἀβαὲς. ἐος. tenuis, minutus.

Ἀβάθμαζα. τὰ. bellariorum genus.

Ἄβαι. αἱ. urbis nomen, de qua multa Steph.

Ἀβαιὼς. quiete.

Ἀβάκη. ης. ἡ. inutile, debile, languidum.

Ἀβακήμων. ονος. ὁ. indiserẽ⁹, imprudẽs, stulẽ⁹.

Ἀβάκης. εος. ὁ. ἡ. carens uoce, taciturnus.

Ἀβάκησαν. ignorarunt, stulte sentierunt.

Ἀβάκιον. ν. τὸ. abaculus ἐφ' οὗ ψηφίζουσι, inquit Hammo. id est, in quo computant. Pli. lib. xxxvi. cap. xxvi. calculos (quibus ueteres in dispunctione, & numerorũ supputatione utebantur) abaculos à quibusdam uocari tradit.

Ἀβάκτιον. ν. τὸ. minime inuidiosum.

Ἀβάκχευτος. ὁ. Bachici numinis expers.

Ἀβαλῶα. ας. ἡ. scriptura, confessio.

Ἀβάλε. utinam.

Ἄβαξ. ακος. ὁ. ἐφ' οὗ τὰ πράγματα παρατιθέασι (inquit Hammonius) id est, in quo res deponunt, quemadmodum est coquorũ tabula, in qua receptacula eduliorum, aliaq; id genus exponuntur. Item instrumentũ in quo mathematici lineas, numeros, & figuras deducunt. Veteres Pythagoricam appellabant mensam. Item tabula quadrata quæ supponitur crassiusculæ summi tati columnæ. Latini à genitiuo Græco nominatiuũ formantes, Abacum uocant.

Ἀβάπισον. τὸ. terebella, medicorum instrumentum.

Ἀβάπιτος. ὁ. ἡ. qui mergi nequit, ut suber.

Ἄβαπτος. ὁ. ἡ. liberrimus in loquendo.

Ἀβαρὴς. ἐος. ὁ. intelligentia carẽs, sine onere, minime grauis. Lucia. in Scaphidio: οὕτω ἄμεινον ἀβαρῆ εἶναι, ὥσε ἐμβαινε. id est, sic satius, ut sine pondere sis, itaq; inscende.

Ἀβαριάκῳ. τῷ. effœminatam.

Ἄβαρις. ιος. ἡ. Epirotes, continentis habitator, ἢ μὴ ἔχων βάρις.

Ἀβαρλεῖται. terret, plaudit.

Ἀβαρνὶς. ίδος. ἡ. ciuitas Lampasci.

Ἀβάρνυ. gẽme, plora, clama.

Ἀβαρταὶ. ῶν. ἁι. uolatiles.

Ἀβαρτία. ας. ἡ. insatiabilitas.

Ἄβαρτος. ου. ὁ. insatiabilis, ualde edax.

Ἀβάς. bardus, sacer morbus Tarentinis.

Ἀβασάκτως. portatu difficile. aduerbium.

Ἀβασάνιτος. ου. ὁ. inuulnerabilis, inexploratus, non probatus.

Ἀβασανίτως. sine certa probatione, nulla examinatione facta.

Ἀβασιλεύτως πόλις. quæ caret rege urbs, non subditus regi.

Ἀβάσκαντον. fascini amuletum, id quod auertit fascinationem ab animalibus.

Ἀβάσκαντος. ου. ὁ. ἡ. inuidia uacuus.

Ἀβάσκαντον. φορτίον.

Ἄβασον. inaccessum, nõ uiolentum, infinitũ.

Ἄβασυν. immotum, inaccessum.

Ἄβατος. ου. ὁ. ἡ. inaccessibilis, irremeabilis, expers intelligentiæ. hinc ἄβατον ædificium erectum à Rhodijs ad protegendum Artemisiæ trophæum, quod religione impediti, diruere non poterant. Hoc item nomine dicta est insula quædã in Aegypto, quòd ad illam propter limi & papyrorũ copiam difficillimus esset aditus. Herodia. in Commodo, διὰ ταχείας μὴ ἀβάτου ὁδοιπορίας, κατ' ὀλίγους ἐις τὴν ἰταλίαν παραδύοντο, id est, per auia quædam compendia (ut reddidit Politianus) aut auia itinera, ut Sallust. in Iug. Ipse cũ delectis militibus Metellum sequitur nocturnis & auijs itineribus. Compositum est ab α priuatoria particula, & βαίνω.

Ἄβαφος. ου. ὁ. ἡ. non tinctus. ab α quod priuat, & βάπτω.

Ἀββαλεμ, ἀνέβαλεμ.

Α Β Δ. Α Β Ε.

Ἀβδελομ. ου. τὸ. humile, abiectum.

Ἀβδέλυκτα. ων. τὰ. non contaminantia, quæ non abominamur.

Ἄβδηλα. ων. τὰ. ἄβατα.

Ἄβδης. scutica, Hipponacti flagellum.

Ἀβέβαιος. ου. ὁ. ἡ. instabilis.

Ἀβέβηλα. τὰ. regiones quæ non sunt peruiæ, sancta, sacra. Sic item uocabantur sacra quædam, quæ neq; contrectare neq; adire fas erat, quibus opponuntur βέβηλα. ut tradit Hammonius.

Ἀβέβηλον. ου. τὸ. mundum.

Ἀβέβηλος. ου. ὁ. sanctus.

Ἄβεις. trabes.

Ἀβέλιος. ου. ὁ. sol Cretensibus.

Ἀβέλλει. circundat, coronat.

Ἄβελλον. ου. τὸ. humile.

Ἀβελτεροκόκκυξ. ὁ. inanis, idem est quod ἀβέλτερος.

Ἀβέλτερος. ου. ὁ. abiectus, aspernandus, ignarus, qui quod melius est non agnoscit, stupidus, nõ astutus, ignauus: stultus uertitur à Gaza in Caton. Ciceronis.

Ἀβελτηρία. ἡ. stoliditas, amentia, ruditas, absurditas, insipientia.

Ἀβέρβηλος. ου. ὁ. multum laborioſus, odiosus, magnus, grauis, uanus, ingratus.

Ἀβέρται. ἁι. lora latiora, quæ terga equi iugalis excurrunt sub alis eius subcincta, quæ sexaginta libras excedere prohibentur in tract. de cursu publico. Sic dictæ ἐκ τοῦ ἀπεσράφθαι. id est, ex eo quòd auersæ sint. Vide Budæũ in postremis annotationibus.

Α Β Η. Α Β Ι.

Ἄβηα. τὰ. inuiolabilia.

Ἀβηδόνα. τῶν. ἀηδόνα. luscinias.

Ἀβήλταηα. τὸν. memorem.

Ἀβήρει. cantat.

Ἀβής. ἐος. ὁ. ἡ. stultus, impudens, expers ingenij, improbus.

Ἀβήσει. animaduertit.

Ἀβίασος μίνησις. uiolentia carens motu.

Ἀβιάχομαι.

Ἀβιάχομαι. ornor, delicior.
Ἄβιρ. ινος. abies, aut picea.
Ἄβιοι. οἱ. inermes, minime uiolenti.
Ἀβιόλη. ης. ἡ. semen, simile.
Ἄβιος. ᾱ. ὁ. ἡ. qui non habet quod edat, ᾧ μὴ βίοτός ἐστι. id est, inops. Item qui arcu non utitur. Nam βιὸς arcum notat. Item qui nullam uitæ suæ curam habet, apud Demosthen. Item qui non est iniurius, quiq; legibus utitur & politia. Item nullius patrimonij possessor. Homerus Thraces ex uitæ modo ἀβίους uocat, ut qui à uita seque strenui possint uideri, propterea quod omni no à muliebri congressu abstineant, qui hominū status sit quodammodo diminutus ac semiplenus. In his α priuat. Ab Antiphone ἄβιος dicitur qui multū possidet uictus, id est diues. Item uiuax, longæ uitæ. In his α auget, uelut Homerus ἄξυλον regionem uocat, pro eo quod est πολύξυλον. ex Cœlio.
Ἀβίωτον. τὸ. κακόν. prauum, molestum, triste, iniucundum.
Ἀβίωτος. ᾱ. ὁ. ἡ. doloroſus, malus, iniucundus, non uiuendus.
Ἀβιώτως ἔχει. ubi periclitatur de uita.

A B Λ.

Ἀβλάβεια. ας. ἡ. incolumitas, innocentia. Cicero lib. iij. Tusc. quæst. Innocentia (inquit) apud Græcos usitatum nomen nō habet, sed habere potest ἀβλαβείαν. Nam est innocentia talis affectus animi, quæ noceat nemini. Sic dicta ab α priuandi particula, & βλάπτω, noceo: unde βλαβὴ, damnum, id quod & Cicero innuit.
Ἀβλαβής. ἐος. ὁ. ἡ. innocuus, incolumis.
Ἀβλαδέως. suauiter.
Ἄβλαξ. ακος. ὁ. clarus.
Ἄβλας. stupidus, ignorans.
Ἀβλαστής. ἐος. ὁ. infœcundus, nō germinans.
Ἄβλαυτος. nudus pedes.
Ἀβλεμές. τὸ. infirmum, debile, imbecillum.
Ἀβλεμέως. incuriosè.
Ἀβλεμής. ἐος. ὁ. ἡ. ἄτολμος, pusillanimus, iniucundus, abiectus.
Ἀβλεμώως. ἀφροντίσως. remissè, oscitanter, ignauiter.
Ἀβλεπές. τὸ. φαῦλον, uile, nihili.
Ἀβλεπῆ. τὸν. ἀβλεπτοῦντα.
Ἀβλεπής. ἐος. ὁ. ἡ. despect⁹, intrepidus, malus.
Ἀβλέπημα. τὸ. delictum, peccatum.
Ἀβλεπῶ. delinquo, pecco.
Ἀβλεψία. ας. ἡ. cæcitas, inconsiderantia. Ab α & βλέπω.
Ἀβληρά. ᾶς. ἡ. habena.
Ἀβλής. ῆτος. ὁ. non missus, noui teli epith.
Ἄβλης. ητος. ὁ. ἡ. καὶ
Ἀβλῆτρες. οἱ. testes.
Ἄβλητος. ᾱ. ὁ. inuulneratus, extra tela, nuper factus, nondum aliquò missus.
Ἀβλήχμων. ονος. ὁ. obtusus.
Ἀβληχρός. οῦ. ὁ. robustus, imbecillis, mollis, obtusus, pro βληχρός, addita littera, sicut ἄσαχυς, pro σάχυς.
Ἀβληχρής. pro eodem apud Nicandrum.
Ἄβλια. τὰ. urbs Phœniciæ.
Ἀβλόει. sacrifica, impera. Macedon.
Ἀβλωθρίδιον. ᾱ. τὸ. uenenum quo fœtus extinguitur, abortus.

A B O.

Ἀβοαί. αἱ. precationes.
Ἀβοήθητος. ᾱ. ὁ. ἡ. auxilio carens, ope & auxilio destitutus.
Ἀβοητί. aduerbium. faciliter, citraq; auxiliū.
Ἀβολεῖν. intelligere.
Ἀβολῆσαι. obuiasse.
Ἀβολήτωρ. ορος. ὁ. ἡ
Ἄβολος. pullus, qui nondum denteis amisit ætatis indices, qui à Xenophonte γνώμονες appellantur.
Ἄβολος. ᾱ. flumen Siciliæ.
Ἀβοριγῖνες. οἱ. Aborigines.
Ἀβουλεί. inconsultò, imprudenter.
Ἀβουλέω. non consulto, nolo.
Ἀβουλής. audiui.
Ἀβούλητα. quæ nolumus.
Ἀβούλητα συμφοραί. improuisæ calamitates.
Ἀβούλητον. τὸ. fortuitum, & quod citrà nostrum consilium fit.
Ἀβούλητος. inuitus, non desyderans.
Ἀβουλία. ας. ἡ. temeritas, stoliditas, malum consilium, ineptitudo consilij, imprudentia Plutarch.
Ἄβυλίττα. nomen proprium.
Ἄβουλος. ου. ὁ. ἡ. κακόβουλος, consilio carens, inconsultus.
Ἀβούλως. stultè, indoctè, insipienter, temerè, inconsultò.
Ἀβυσσολέω. μ. ήσω. ω. κης. tumultuor.

A B P.

Ἄβρα. ας. ἡ. ancilla adolescentior, domestica, mollis, delicioſa.
Ἀβραδούλη. ης. ἡ. pellex, authore Hesychio.
Ἀβράκησαν. sonuerunt.

Ἀβραχέμ. ſonuit.
Ἀβριμής. ἰος. ὁ. ἡ. deſpectus.
Ἀβρίζομαι. delicior, ornor.
Ἀβρικώτερον. uerius.
Ἀβρικτός. οῦ. ὁ. ſurdaſter.
Ἀβρινά. τὰ. mundata.
Ἀβρόβιος. ὁ. ἡ. ἀβροδίαιτος.
Ἀβροδίαιτα. ἡ. uita delicatior.
Ἀβροδίαιτος. ὁ. ἡ. mollis, delicate & molliter uiuens, delicatus in cibo. Polit. in Herodia. τὸ ἀβροδίαιτον, uertit molliſſimam uitam. Ab ἄβρος & δίαιτα.
Ἀβρομία. ας. ἡ. tenebræ.
Ἀβρόμιος. ἡ. citra uinum, hoc eſt, ἄοινος, ut in epigrammate.
Ἄβρομος. ὁ. ὁ. obſtreperus, declamans. Ab α quod hic auget, & βρόμος quod ſignificat βροντὴν τοῦ πυρός, id eſt ſtrepitum ignis. Metaphorice pro tumultuoſus.
Ἄβρος. ὁ. ὁ. populus iuxta ſinum Adriaticũ.
Ἁβρός. οῦ. ὁ. mollis, delicatus, pulcher, apud Herodotũ, imbecillis. Gaza hæc uerba in Catone Ciceronis, Quid poteſt eſſe tum fructu lætius, tum aſpectu iucundius, ita reddidit: ἢ τίποτ' ἂν, ἢ εὐκαρπία τῶδε ἁβρότερον ἢ εὐμορφία περικαλέστερον γένοιτο?
Ἁβροσύνη. ης. ἡ. ſpecioſitas, alacritas, deliciæ.
Ἁβροσαγής. ἐος. ὁ. ἡ. crapula diffluens.
Ἁβροτάζω. μ. σω. ω. κα. erro (proprie eo modo, quo homo ab homine aberrat in uia alius aliò diuertens. Nam βροτὸς hominem ſignificat) pecco, priuor, deſtituor, quaſi τῷ βροτοῦ ἀποτυχῶ.
Ἁβροτάνιον. ὁ. τὸ. herbæ nomen, calidæ uirtutis, de qua uide plura apud Galenum de ſimplici medic. & Dioſcor.
Ἁβρόταξις. ιος. ἡ. peccatum, error.
Ἁβρότη. ης. ἡ. nox. παρὰ τὸ ἐστρῶσθαι βροτῶν.
Ἁβρότης. ητος. ἡ. mollicies, deliciæ.
Ἁβροτῆσαι. noctu occurriſſe.
Ἁβροτίνη. ης. ἡ. peccatrix.
Ἁβροτόνιον. nomen mulieris (ab ἁβρὸν τὸ τρυφερόν, quod glabrum ſiue delicatum ſignificat) amplexibus apta. Lucian. in dialogis meretricum meminit, uerum non ἁβροτόνιον, ſed ἁβρότονον legitur in exemplaribus: ὃς πάλαι μὲν ἁβρότονον εἶχε, μετὰ ταῦτα δὲ ἡράσθη ἐμοῦ. Sunt uerba Glyceræ meretricis ad Thaidem.
Ἄβροτος. ὁ. ὁ. inhumanus.
Ἁβροχία. ας. ἡ. ſiccitas.
Ἁβροχίτων. ὁ. molliter ueſtitus, ſplendidus.
Ἁβρύνομαι. μ. οῦμαι. delicior, glorior, in uenetione ſum.
Ἄβρωμος. grauiter olens, fœtidus. Nam βρωμᾶσθαι de leonibus, hircis, atque id genus aliis animantibus grauiter olentibus dicitur. & α hic auget.
Ἁβρῶς. aduerb. ſplendidè, floridè.
Ἄβρωτος. ὁ. ὁ. non idoneus ad edendum, indemnis, impunis, qui uſui non eſt apud Thucydidem.

Α Β Σ. Α Β Υ. Α Β Ω.

Ἀβσύνθιον. ὁ. τὸ. abſynthion. Theod. tamen per ι ſcribit in fine.
Ἀβυρτάκη. ης. ἡ. genus eduli ἢ barbarici ex porro, cardamo, mali punici granis confectum.
Ἀβυζακοποιοί. οἱ. qui eiuſmodi eſculenta parant.
Ἀβυδῆνα. τὰ. futilia ac nullo prorſus digna precio. Sumptum à moribus Abydenorum, qui ut molles, male audiebant. Ab ἠῆſdem
Ἀβυδοκώμας. inuenio ſycophantas dici, uelut in eo κομῶντες, id eſt, efferentes ſe. Cœlius.
Ἄβυδος. ὁ. ἡ. Abydus, ciuitas Aſiæ, à Mileſijs condita.
Ἀβυθός. οῦ. ὁ. profundus.
Ἄβυσσος. ὁ. ὁ. ἡ. aqua quæ finem non habet. Eſt & nomen lacus, & Proſerpinæ ſacellum. Diuus Auguſt. non ſolum de aqua, ſed de quauis etiam humida natura dici, author eſt. Adiectiuè, profundus, in immenſum patens. Ariſtophanes Ra. εὐθὺς γὰρ ὅταν λίμνην ἥξας μεγάλην πάνυ ἄβυσσον, id eſt, ſtatim ad paludem uenies magnam, ualdè profundam.
Ἄβωτος. ὁ. ὁ. iniucundus.

Τὸ Α μετὰ τοῦ Γ.

Ἀγαάμβοι. οἱ. admirantes, ab ἀγάομαι, admiror.
Ἀγάης. ὁ. ὁ. ſua ſponte ſubiectus, adducens.
Ἀγαγύρτης. ὁ. ὁ. circulator.
Ἀγάζομαι, ἢ
Ἀγάζω. cogo, grauiter fero, ueneror, noceo, impleo, laboro, triſtor, admiror, obſecro. genitiuo iungitur.
Ἀγάθαρχος. nomen proprium pictoris.
Ἀγάθεια. ας. ἡ. ciuitas Phocidis.
Ἀγαθιωρεῖν. conſiderare, inſpectare, uelut ἢ, qui rem diu non uiſam inſpiciunt. Eraſ.
Ἀγαθῇ τύχῃ. quod bene uertat.
Ἀγαθιζομένη. ης. ἡ. bona dicens.

Ἀγαθίς. ίδος. ἡ. globus ex filis coactus. Latini glomum uel glomerem appellant. hinc ἀγαθῶν ἀγαθίδες parœmia de opibus affatim affluentibus.

Ἀγαθοδαιμονισαί. οἱ. pauca desiderantes.

Ἀγαθοεργεῖν. bene agere seu operari.

Ἀγαθοεργία. ας. ἡ. egregium facinus.

Ἀγαθοεργοί. bene meriti apud Hesiodum libro primo.

Ἀγαθοεργός. οῦ. ὁ. potior ob uirtutem.

Ἀγαθοεργίαι. αἱ. beneficia.

Ἀγαθοθέλεια. ας. ἡ. rerum bonarum electio.

Ἀγαθοποιά. τὰ. benefacta.

Ἀγαθοποιία. ας. ἡ. meritum.

Ἀγαθοποιός. οῦ. ὁ. bonorum effector.

Ἀγαθός. οῦ. ὁ. bonus, probus, honestus, præstans, uirtutibus præditus. Pro strennuo & bellicoso sæpe apud Homerũ, ut Iliad. ij. μήδ' οὕτως ἀγαθόσπερ ἐὼν θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ, μηί πῃ νόῳ. Τὸ ἀγαθὸν uel τ'γαθὸν præpositio articulo, Aristoteles uocat summum illud & unicũ bonum. Ἀγαθὸν ἀπάσχειν pro εὖ πάσχειν, id est, commodo affici ab aliquo. Lysias: Τίς οὖν ἐλπὶς ὑπὸ τούτου τι ἀγαθὸν πείσεσθαι.

Ἀγαθοσύνη. ης. ἡ. ἡ

Ἀγαθότης. ητος. ἡ. bonitas, opponitur πονηρία.

Ἀγαθοῦ δαίμονος. poculũ, quod post mensam afferebatur puri uini apud Athenæũ.

Ἀγαθύνω. μ. υνῶ. bene seu benigne facio. neutrum absolutum.

Ἀγάθυρσοι, οἱ. Agathyrsi populi Scythiæ.

ΑΓΑΙ. ΑΓΑΚ. ΑΓΑΛ.

Ἀγαίομαι. admiror, inuideo, irascor.

Ἀγαίωρ. sol.

Ἀγακλεής. έος. ὁ. ἡ. ἡ

Ἀγακλειτός. οῦ. ὁ. ualde inclytus & celebris.

Ἀγάλακτες. ων. οἱ. collactanei, fratres, cognati. utimur & singulari ἀγάλαξ.

Ἀγαλακτία. ας. ἡ. defectus lactis.

Ἀγαλακτοσύνη. ης. ἡ. cognatio, collactatio.

Ἀγάλασος. ου. ὁ. intemperans, ἀκόλασος.

Ἀγαλτόν. οῦ. τὸ. quo quis sanctificatur.

Ἀγάλλει. præparat, facit, exornat.

Ἀγαλλιάζω. conuicior, rixor.

Ἀγαλλίασις. ιος. ἡ. exultatio.

Ἀγαλλιάω. μ. σω. ω. κα. exulto. actiuum.

Ἀγάλλιος. ᾱ. ὁ. conuiciator.

Ἀγαλλιῶμαι, τὸ χαίρω. gaudeo.

Ἀγάλλομαι. id est σεμνύνομαι, χαίρω, μέγα φρονῶ. iacto, glorior, exulto, mihi placeo. Exempla authorum quære apud Budæũ in comment. linguæ Græcæ.

Ἀγάλλω. facio, paro, delicior.

Ἀγάλλω, τὸ τιμῶ. orno, illustro, insignio. Exempla sunt in comment. Budæi.

Ἄγαλμα. ατος. τὸ. statua, imago, simulachrũ, larua, res afferens gaudium, deorum monumentum.

Ἀγαλμάτιον. ᾱ. τὸ. parua statua, imaguncula.

Ἀγαλματοποιία. ας. ἡ. ars statuaria.

Ἀγαλματοποιός. οῦ. ὁ. statuarius.

Ἀγαλματοφορέω. orno.

Ἀγαλματοφορεῖσθαι τὸ καλλωπίζεσθαι. ornari, illustrari.

Ἀγαλματοφόρος. ου. ὁ. illustris, lætus.

Ἀγαλματοφορούμενος. ὁ. statuas aut harũ signa ferens.

Ἀγαλμιτόν. ἀσθενές, infirmum, imbecille.

Ἀγαλμός. οῦ. ὁ. conuicium,

Ἀγαλότιμος. splendidus, ueneratus.

ΑΓΑΜ. ΑΓΑΝ.

Ἄγαμαι. μ. ἀγάσομαι. ἀόρ. α. ἠγάσθην. ἀόρ. β. ἠγασάμην. admiror, probo. φθονέω, genitiuo uel accusatiuo iungitur. Xenoph. in Sympos. σοῦ πολλὰ ἄγαμαι, id est, te plurimum admiror. Idem ἀεὶ μὲν γὰρ ἐγωγε ἠγάμην τὴν σὴν φύσιν, id est, Semper equidẽ tuam admirabar naturam. Copiosius in cõment. Budæi. Format tempora sua ab ἀγάζω.

Ἀγαμένως. aduerbium. admirabiliter, amicè.

Ἀγαμίου δίκη. cœlibatus pœna apud Lacedæmonios.

Ἀγαμός. urbs circa Heracleam Ponticam, unde ἀγάμιος ciuis illius urbis.

Ἀγάμπτων, καὶ

Ἄγαμος. ου. ὁ. ἡ. expers matrimonij, cœlebs. Dicitur tam de fœmina cui non est maritus, quàm de uiro, cui non est uxor. Ab α quod priuat, & γάμος.

Ἄγαν. nimis, ualde.

Ἀγανακτέω. indignor, stomachor, conqueror, molestè fero. Pro gemo aliquoties apud Platonem legitur. accusatiuo cum genitiuo iungitur.

Ἀγανάκτησις. ιος. ἡ. querela, indignatio.

Ἀγάνη. ης. ἡ. Nymphæ nomen, à nimio splendore deductum: nimirum ab α quod subinde incrementum significat, & γανάω.

Ἀγανός. έος. ὁ. ἡ. dulcis.

Ἀγανίππη. ης. ἡ. nomen fontis in Bœotia Musis dicati. Vnde & ἀγανίππιδες à poëtis uocantur, ab ἀγὰν & ἵππος.

Ἀγάνιφος. ᾱ. ὁ. ualde niualis.

Ἀγάνομαι. negocior, utor, exerceo, indignor.

Ἄγανον. ου. τὸ. lignum fractum.

Ἀγανός. οῦ. ὁ. pulcher, bonus, hilaris.

Ἀγανοφροσύνη. ης. ἡ. placiditas, comitas, hilaritas.

Ἀγανόφρων. ονος. ὁ. ἡ. mitis, bonus, honesta sapiens, ualde prudens, animo parum placido, magnanimus.

Ἀγανῶπις. ιδος. ἡ. placido aspectu.

Διατόνοι. οἱ. dicuntur lapides, qui perpetua crassitudine utraq; parte religando, parietum soliditatem confirmant. Hos Vitruuius frontatos appellat.

Διάτορον. ου. τὸ. magnum in uoce, μεγαλόφωνον. Lucianus in Gal. διάτορόν τι καὶ μεγαλόφωνον ἀναβοήσας, ἐπηγείρας.

Διάτορος. ου. ὁ. ἡ. penetrans.

Διατράμις. ὁ. ἡ. depygis, qui attritas habet nates. Nam τράμις nates significat.

Διατρανῶ. τὸ διασαφῶ, declaro, explano.

Διατραχηλίζομαι. præcipitor.

Διατρέπομαι. τὸ ἀισχύνομαι, quod etiam ἐντρέπομαι dicitur. Est etiam oculos auertere & aspicere uel nolle, uel non posse.

Διατρέπω. arceo, dissuadeo, ut ἀποτρέπω: uel potius ad erubescentiam deduco, erubescere cogo. Herodian. διέτρεπε πρὸς ὀλίγον τὸ μειράκιον, id est, conatus eius repressit præ pudore, & impetus ad uoluptates consectandas aliò deflexit, pudore iniecto deterruit.

Διατρέω. μ. ήσω. τ. ηκα. perforo. actiuum, accusatiuo iungitur.

Διάτρητον & τρήτον. τὸ. perforatile, pertusum, tornatile aut torno factum. à uerbis διατρητῶ & τρητῶ. Vnde διάτρητοι dicuntur calices cælati & tornatiles, quæ toreumata uocant Salustio, Ciceroni & Tranquillo.

Διατριβή. ῆς. ἡ. conuersatio. Lucianus in Gallo: ἡ ὅλως, ἣ δύσκτις ἦν ἡ διατριβή, ut summatim dicam iucundissima quædam erat uita. Item exercitium, exercitatio, studium, σχολή, consilium. Disputatio, collatio, congressus. Pro loco disputationis & exercitij apud Gel. lib. primo cap. decimo sexto, & lib. decimo tertio cap. quinto, auditorium. Item commoratio, immoratio, mora. Lucianus: τοῦτο μὲν πολλὴν ἴχα τῶν διατριβήν.

Διατρίβω. μ. ίψω. τ. ιφα. conuersor, moror, distineo, distringo, per aliquid siue in aliquo me exerceo. Plato identidem pro exercere, atque in literis disputare utitur. Vsurpatur & apud Lucianum pro immorari in aliquo. Item uersor, laboro, operam impendo. Isocrates: ὅσοι μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἑαυτῶν φίλους τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους συγγράφουσι, καλὸν μὲν ἔργον ἐπιχειροῦσιν, οὐ μὴν περίεργόν γε τὸ πράτιστον τῆς φιλοσοφίας διατρίβουσι. Actiumm, accusatiuo iungitur.

Διατριμμάτα μηρῶν. femorum intertrigines.

Διάτριχα τῶν ῥόδων appellat Homerus in Catalogo, quasi capilli studiosam.

Διατροπή. ῆς. ἡ. apparatus, mutatio.

Διατροφή. ῆς. ἡ. alimentum.

Διατρύγια, loca inter uites quæ seruntur, uel ubi iam maturuerint uuæ. Alij διατρύγιον fructiferũ interpretantur. Certè τρύγη nunc triticum signat aut ordeum, nunc fructum quemlibet.

Διατρύγιος. frugifer.

Διάπλω. prosilio, huc illucq; desilio, & emico, quod διάπλεσθαι quasi raptim elidi Plato in Cratylo dixit. Aristoteles διάπλοντῶν dixit, pro igniculis in cœlo emicantibus & exilientibus. In Problem. ἀστέρας διάπλοντας dixit pro traiectionibus ignium.

Διατυπόω. μ. ώσω. τ. ωκα. disponо, ordino, statuo, constituo, instituo, confirmo, informo, animo concipio, & fingo. Lucia. in Pseud. καὶ τῷ λογισμῷ διατύπωσον ποικιλοτάτην τινὰ ψυχῆς πρᾶσιν, ἐκ ψευδοῦς, καὶ δόλων, καὶ ἐπιορκιῶν, καὶ κακοτεχνιῶν συγκειμένην. Actiuũ, accusatiuo iungitur.

Διατύπωσις. ιος. ἡ. formatio, descriptio, deformatio, informatio, statutum.

Διατὺς. fugiens. Διατὺς τὴν δίκην, pœnas euadere.

Δ Ι Α Υ.

Διαυγασμός. οῦ. ὁ. καὶ

Διαύγεια. ας. ἡ. καὶ

Διαυγία. ας. ἡ. effulgentia, pellucentia, splendor.

Διαυγής. ἐος. ὁ. ἡ. pellucidus, lympidus. Lucianus de Arethusa fonte loquens: διαυγής τέ ἐστι καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει.

Διαυλακίζω. peraro.

Διαυλία. ἡ. duorum concentus.

Διαυλίζω. produco, profunda facio, augeo.

Διαύλιον quidam dicunt, quod alij διαύλειον.

Διαυλοδρομεῖν. est cum ad calcem peruenеris, rursus ad careeres cursu redire.

Διαυλοδρομοὶ, sunt qui cursum circensem peragunt, id est, δισάδιον: qui cum ad metam peruenerant, flectentes eo rursus recurrebant, unde cursum inierant.

Δίαυλος. ου. ὁ. cursus reciprocus, cursus duplex, obeundi scilicet stadium ac mox redeundi, circumactus circuli, id est, curriculum duplum. Vitruuius lib. v. In palestris peristylia quadrata siue oblonga ita sunt facienda, uti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem, quam Græci uocãt δίαυλον. Item emissarius, certamen, spatium ducentorũ & millepedum in longitudinem. Eustachius δίαυλος (inquit) τὸ διατεταγμένον εἰς εὐθύτητα σχῆμα ὁποῖόν τὸ σταδίον. Aristo. interpres eo nomine intelligit locum, qui duo contineat stadia, aut mensuram cubitorum ducentorum.

Διαύλιον. υ. τὸ. dicebatur, cũ in scena tacentibus omni-

bus omnibus ſolus intus caneret tibicen.

Δίαυλος. ὁ. curſus, certamen, menſura duorũ ſtadiorum.

Διαυλωνία. locorũ anguſtiæ & fauces, in quibus cothurnices, aliæq; aues illaqueantur, ut inquit Euſtachius.

Διαυλωνίζειν. per anguſtum fluere, uentum utrinq; excipere, perflare. Διαυλωνίζειν φαμὲν τὸ διχόμενον ὑπ' ἑκατέρου πνεῦμα χορίον. Vide Comment. Budæi.

Διαυχενίζεσθαι. ſublata ceruice eſſe.

Δ Ι Α Φ.

Διαφάγω. peredo, comedo.

Διαφαίνομαι. perluceo.

Διαφαίνω. μ. ανῶ. interluceo, transluceo, pelluceo. Aliter Lucianus: καὶ κρεῖττον διαφαίνει τῆς ἐλπίδος, id eſt, ſpe melius euenit. neutrũ abſolutum.

Διφανεία. ας. ἡ. perſpicuitas.

Διαφανῆ. τὰ. ueſtes quę fœminam denudant, ut bombycinæ.

Διαφανής. ἐος. ὁ. ἡ. tranſparens, perſpicuus, pellucidus, ἐπιφάνης, ἐπίσημος, clarus, inſignis, alios antecellens. Sic etiam lapis quidam uocatur, quòd transluceat, cuius meminit Lucianus in Pſeud.

Διάφανον, quid ſit apud philoſophos explicat Cœlius lectionum antiqua. libro viij. pite xxij.

Διαφανῶς. σαφῶς, apertè, manifeſtè, ſplendidè, luculenter.

Διαφέρομαι. diſſideo, diſcordo, contendo, μάχομαι καὶ ἐναντιοῦμαι, æmulus ſum, altercor, diſſidijs contendo, ut in primo Iliad. Achilles & Agamemnon. Ponitur pro ἀμφισβητῶ, ambigo, litigo. Διαφέρεσθαι ἑαυτῷ, non conſentanea dicere, ſecum diſcrepare. Plutarch. διενεχθὲς τῷ λογισμῷ, de homine dixit incerti propoſiti, & in diuerſa impetũ animi capiente. Ponitur pro iactor, huc & illuc temerè feror. In actibus Apoſtolorum: διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ ἀδρίᾳ. Non diſſimile eſt, differri cupidinibus apud Plautum, & apud Terentium, differri doloribus. Eſt etiã dilabi, in diuerſa digredi & abire.

Διαφέροντα. τὰ. utiliora.

Διαφερόντως. egregiè, excellenter, ὑπερφυῶς, uehementer, maximè.

Διαφέρω. excello, differo, id eſt, præſto, ſum plurimi momenti, præcello, præmineo. Lucian. ἀλλὰ φέρε ἴδωμεν εἰ κατ' ὀλίγον σοῦ διαφέρω, Sed age uideamus num paruo in-

teruallo te ſuperem. Item ἀντὶ τοῦ συμφέρειν. Herodian. lib. ij. ὅτι τῶ μὲν δημοφιλοῦς, καὶ κοινῆ διαφέροντας, ὀλίγα τοῖς καθ' ἕνα φερούσης, Nam quę in populi communem q; cedunt utilitatem, parum cuiq; curæ ſunt. Idem paulò poſt ἀντὶ τοῦ φέρειν uſurpat: ἐπισάμενοι τε ὅτι χαλεπῶς τὸ πλῆθος διοίσει τὰ πιπραγμένα, Scientes multitudinem id facinus indigne laturam. Sic διαφέρειν ψῆφον apud Iſocratem & Plutarchũ, proferre ſuffragium & ſententiam. Sopho. ἀντὶ τοῦ ἐκκομίζειν poſuit. Item διαφέρει pro diſcrepat, intereſt: ut Matth. xij. πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου. quod Laurentius Valla ad uerbum transferri poſſe putat: quantum intereſt ſiue differt homo oue. quemadmodum apud Terentium: Stulto intelligenti quid intereſt? Significat item excellere, etiam in malam partem. Iſocra. τοσαύτην ἀνοίαν δικνεῖσθαι πάντων ἀνθρώπων, Vſq; adeò ſupra omnes homines amentia prædominabantur. Dicimus autẽ διαφέρω ἀριστῆ μητέρι εἶναι τῆ. Eſt etiam, ut διαπέμπειν, in diuerſas partes ferre, & importare. Item pro ὑπομένειν tolerare, perferre. Et pro indiuerſum ferre, & uariè agitare, & animo uerſare aliquid, agitareq; cogitando. Plutarchus: καὶ πολλὰ μὲν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ διένεγκε. Item præpollet, præualeo: ut διαφέρει τῶ πάντων. Διαφέρει μοι τοῦτο, hoc intereſt mea, hoc ad me pertinet, quod etiam cum genitiuo dicitur, Διαφέρει μοι τούτου. Inde διαφέρειν, ὑπολαμβάνειν ἔχειν: ut ὁ σπουδαῖος φιλεῖ προνοεῖσθαι καὶ τῶν διαφερόντων αὐτῷ, Vir bonus ſolet proſpicere etiam neceſſitudine cõiunctis. Διαφέρει, refert, id eſt, ad rem pertinet. Significat etiam refert, id eſt, uarium eſt & diuerſum, quod etiã παραλλάττει dicitur. Vide Commentaria Budæi.

Διαφεύγω. diffugio.

Διαφευκτικός. fugax.

Διαφήγω. cohibeo.

Διαφῆκε. dimiſit.

Διαφημίζω. μ. ίσω. σ. ικα. diuulgo, diffamo. accuſatiuo iungitur.

Διαφθείρω. corrumpo, contamino, labefacio, uitio, deſtruo. Herod. in primo: ἡ δὲ σοφὴ ξασα καὶ φιλοῦσα τὸ γραμματεῖον ἀφαιρεῖται, δεδοικυῖα δὴ μήτι τῶν ἀναγκαίων ὑπὸ νηπιότητος ἀγνοῦν παῖδα διαφθείρῃ, Libellũ aufert, ueretur ne quid per infantiam neſcius puer rerũ fortaſſe grauiorũ labefaceret. Dicunt item

τὴν κόρην διαφθείρειν pro ſtuprare & uitiare. Menander in Adelphis, citante Ammonio: ἐὰν δ' ἔτι τὴν κόρην διαφθορὼς, quòd ſi uirginem uitiarit. λιμῷ διαφθείρεσθαι, fame cõ tabeſcere. Item perdo, trucido, cõficio, interficio. Plutarch. in Apophthe. συμβαλὼν ἐκράτησε καὶ διέφθειρε Νικίωνα τὸν ἄρχοντα τῶν Μακεδόνων. Vide διακορέω. actiuum, accuſ. iungitur. quære φθείρω.

Διαφθορά. ᾶς. ἡ. corruptio, mors, diſſolutio corporis, inimicitia.

Διαφθορεύμενος. οῦ. ὁ. diſcerptus.

Διαφίημι. dimitto.

Διαφιλοτιμοῦμαι. contendo & magno ſtudio conor quippiam efficere.

Διαφοιτᾶν. percrebreſcere, increbreſcere, celebrem fieri. Διεφοίτησεν ἡ φήμη, fama increbruit, dimanauit, permanauit, diuulgata eſt.

Διάφορα. τὰ. impenſæ, ſumptus.

Διαφορά. ᾶς. ἡ. differentia, diſcrimen, diſſidiũ, lis, contentio, μάχη.

Διαφορητικά. uocantur medicamenta diſcuſſoria, quæ ſp aluum ſubducunt & leuigant.

Διαφορητική. ῆς. ἡ. uis diſcuſſoria Latinè dicitur.

Διαφορητικός. οῦ. ὁ. diſcutiens, diſcutiendi uim habens.

Διάφορος. ου. ὁ. ἡ. præcipuus, præſtans, diuerſus, diſſentiens, diſſidens, uarius.

Διαφορότης. ἡ. pro διαφορὰ dixit Plato in Theæteto.

Διαφοροῦμαι. immodico ſudore exhaurior, & reſoluor, & diſtabeſco. Eſt etiam compilor & ſpolior. Demoſthenes: διαφορουμένης αὐτῶν τῆς χώρας ὑπὸ τῶν λῃστῶν, Direpta & in prædam exportata. Vide Comment. Bud.

Διαφορῶ. digero, diſcutio, diſpergo.

Διαφόρως. multifariam.

Διάφραγμα. απτ. τὸ. quicquid in aliqua re medium eſt, uelut eſt narium interſeptum, unde & membrana illa quę parietis inſtar, cor & pulmonem à iecinore & liene diſtinguit, hoc appellatur nomine. Celſus uocat ſeptum tranſuerſum, alij pręcordia, id eſt, τὰ φρενῖτιδια, & poëtę φραπίδα, teſte Euſtachio. Item περίζωμα, quod Gaza cinctum uertit. Hippocr. & Galenus φρενάς.

Διαφράττω. obſtruo.

Διαφράττω. obſtruo, obſepio, ſepio, interſepio, diſtinguo.

Διαφυάς. άδος. ἡ. rima, ſciſſura.

Διαφυγγάνω. deliteſco, perfugio. Thucydid. καὶ ὅσοι ἦσαν τῶν πρωτέρων στρατιωτῶν ἐμπειρίᾳ μᾶλλον τῆς χώρας, ἐς τὸ στρατόπεδον διεφύγγανον. Et διεφύγγανον ἐκ τῶν δικαστηρίων, Abſoluebantur.

Διαφυγή. ῆς. ἡ. effugium.

Διαφυλάττω. μ. άξω. π. αχα. cuſtodio, tueor. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Διάφυσις. ιος. ἡ. diuiſio, res intercurrens, & diſcriminans.

Διαφύω. μ. ύσω. ϖ. υκα. inhæreo.

Διαφωνέω. μ. ήσω. ϖ. ηκα. diſſono. neutrum abſolutum.

Διαφώνησις. declamatio.

Διαφωνία. ας. ἡ. diſſenſio, diſcordia.

Διάφωνος. ου. ὁ. diſſentiens.

Διαφωτίζω. μ. ίσω. ϖ. ικα. illumino, reuelo, in lucem effero. actiuũ, accuſatiuo iungitur.

Δ Ι Α Χ.

Διαχαλάω. μ. άσω. ϖ. ακα. reſoluo, diſſipo. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Διαχαράττω. μ. άξω. ϖ. αχα. exaro, inſculpo. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Διαχάσκω. dehiſco.

Διαχείρησις. diſpenſatio, adminiſtratio.

Διαχειρίζομαι. τὸ. φονεύω, interficio, manibus uiolentis occido, cædo.

Διαχειρίζω. tracto, in manibus habeo, adminiſtro, rego, gero: Item occido, authorę Suida.

Διαχειρισάμενος. ου. ὁ. occidens.

Διαχειροτονεῖν. eſt duarum rerum propoſitarum diſceptationem conſtituere atq; dijudicare in concilio aut concione, ubi multitudo eſt cenſentium. Item per manuũ ſublationem ſciſcere, quemadmodum διαψηφίζειν calculis in hydriam & ſitellam conjectis. Vide Comment. Budæi.

Διαχειροτονία. eſt dijudicatio, & διάκρισις τῆς ἐν πλήθει γενομένης χειροτονίας. Διαχειροτονίαν διδόναι dicitur pro eo quod eſt, populũ in ſuffragia mittere, hoc eſt, rogationem, uel rem, de qua cõſulitur, populi ſuffragijs permittere. hoc ψῆφον ἀναδιδόναι, Plutarchus in Gracchо dixit.

Διαχέομαι. lætor, ἥδομαι, χαίρω, hilaro, exhilaro, frontem exporrigo ac lætitia perfundo: cui opponitur συσπᾶσθαι. Eodem modo & Cicero in Lælio dixit, ut & bonis amici diffundatur, & in commodis contrahatur.

Διαχέω. diffundo. actiuum, accuſatiuo iungitur. quære in σχέω.

Διαχράομαι. μ. ήσομαι. ω. ησμαι. interficio, obtrunco, supplicijs afficio. accusat. iungitur.

Διαχρόω. μ. ώσω. ω. ωκα. tingo. actiuum, accusatiuo iungitur.

Διάχρυσος. ου. ὁ. ἡ. deauratus.

Διαχθεῖεν. exhilarentur, Luciano.

Διαχύομαι. τὸ διαχοῦμαι. Plutarch. in Apoph. de Alexandro loquẽs uulnerato: διαχυθεὶς τῷ προσώπῳ τοτὶ μὲν αἷμα ἔπεμψ, ὡς ὁρᾶτε καὶ οὐκ ἰχῶρ, οἱοσπέρ τε ῥέει μακάρεσιν θεοῖσιν, id est, hilari fronte & exporrecto.

Διάχυσις. ιος. ἡ. diffusio, effusiõ.

Διαχυτικός. οῦ. ὁ. prodigus, dissipandi naturam habens.

Διαχωρεῖν. peregrinari.

Διαχώρημα. απ. τὸ. intercapedo, excrementum.

Διαχωρίζω. μ. ίσω. ω. ικα. separo. actiuum, accusatiuo iungitur.

Διαχώρισις. ιος. ἡ. deiectio alui.

Διαχωρισμός. οῦ. separatio.

Δ Ι Α Υ.

Διαψαίρω. perflo.

Διαψᾶν. perfodere.

Διάψαλμα. απ. τὸ. diapsalma, rythmi cõmutatio, psalmi distinctio, uicissitudo canendi: quidam cõmutationem metri, alij pausationem spiritus, nonnulli alterius sensus exordium, sunt qui rythmi distinctionem, alij cuiusdam musicæ uarietatis silentium, dixerunt esse. Copiosius D. Hieronymus in epistola quadam ad Marcellam, cuius initium: Quæ acceperis reddenda sunt cũ fœnore.

Διαψηφίσασθαι Ἀθηναίους πάντας κατὰ φυλάς, simile est curiatis comitijs Romanorum. Vide Commentaria Bud.

Διαψήφισις. proprie dicebatur ἐξέτασις τῶν πολιτῶν κατὰ δήμους γενομένη, hoc est, recognitio, recensioq; ciuiũ populatim tributimq; citatorum, ob id instituta, ut obreptitij ciues, ac falso in ciuitatem adscripti, tribu ac populo mouerentur. Dicitur tamen etiam suffragiorũ disquisitio & latio, in quacunq; re & controuersia sigillatim facta.

Διαψήφισιν διδόναι. ad disquisitionem uocare. Vide Commentaria Budæi.

Διαψύχω. reficio, refrigero.

Δ Ι Β. Δ Ι Γ.

Δίβαφα. purpura bis tincta: ἀ δὶς & βάπτω. Hæc maximi erant impendij, utpote quæ in libras denarijs mille non poterat emi, ut author est Cornelius Nepos libro nono. Magistratus utebantur hac in prætexta, quorũ primus fuit Lentulus Spinther adilis. Lepidissime Cicero ad Cæliũ scribens. Curtius (inquit) noster δίβαφον cogitat, sed eum infector moratur, significare uolens, Curtium hominẽ nihili, ad magistratum obtinendum, applicare animum.

Δίβαφος. ου. ὁ. ἡ. proprie purpura bistincta.

Δίβροχος. bis madefactus, aut intinctus.

Διγαμία. secundæ nuptiæ.

Διγένοειος. qui est mento bipartito.

Δίγλωσσος. ὁ. qui duas callet linguas.

Διγονία. ας. ἡ. partus geminatio.

Δίδαγμα. απ. τὸ. doctrina.

Δ Ι Δ.

Διδακτικός. οῦ. ὁ. habilis, idoneus, aptus, appositus ad docendum, docibilis.

Διδακτός. ου. ὁ. docilis.

Δίδακτρον. ε. τὸ. precium docendi, Latinè minerual, aut minerual.

Διδάκτυλος. duorum digitorum.

Διδασκαλεῖον. ου. τὸ. locus docendi.

Διδασκαλία. ας. ἡ. doctrina, adhortatio.

Διδασκάλια. ζ. Plutarch. in Apophtheg. pro δίδακτρα usurpauit, disciplinæ præmia.

Διδασκαλικός. οῦ. ὁ. ἡ. præceptorius, peritus docendi, qui ualet arte docendi.

Διδάσκαλος. ε. ὁ. magister, doctor, præceptor. Proprie uolunt esse λόγων, quemadmodũ ἐπιστάτης ἔργων. Lucianus aliquoties usurpat in fœminino genere. Hoc item nomine uocabantur poëtæ Comici, item Tragici, ac Dithyrambici. Nam & Antiphõ auctor ἑλαχον πεντακλία διδάσκαλον.

Διδάσκομαι. docendum loco uel mando, insituendum curo. Est autem τὸ διδασκάλου καθηγεμόνος διδάσκειν, τὸ δὲ πατρὸς τὸ διδάσκεσθαι, hoc est, εἰς διδασκάλου πέμπειν, in ludum literarium mittere, ac docendum curare, aut (ut inquit Ammonius) διδάσκειν per se, διδάσκεσθαι per alium. Gaza, quod Cicero dixit disco, & addisco per διδάσκεσθαι transtulit.

Διδάσκω. μ. άξω. ω. αχα. doceo, patefacio, planum facio. Plato de præcipiente διδάσκειν dixit. Vtebantur item hoc uerbo in ijs quæ in Theatro, aut aliàs publicè ædebantur: ut διδάσκειν τὴν κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν, πρᾶγμα, Comœdiam aut tragœdiam aut fabulam agere, δραματουργεῖν. Cicero item dixit Docere fabulam, pro ædere seu agere fabulam,

bulam, Græcorum imitatione. Hinc κωμῳδιδάσκαλοι, poëtæ dicti, & τραγῳδιδάσκαλοι, & ἀρχισοδιδάσκαλοι. Exempla authorum sunt in commentariis Budæi. actiuum, accusatiuo iungitur.

Διδαχή. ῆς. ἡ. doctrina.

Δίδη. ligabat, pro ἔδει, aut ἴδηδε, à δίδημι. Homerus: δίδη μόσχοισι λόγοισι.

Δίδημι. τὸ. δεσμεύω.

Διδόναι τὸν ὅρκον. deferre iusiurandum.

Διδόναι ἐνθύνας sic dicunt, ut δίκην δοῦναι, id est pœnam pendere, & rationem reddere.

Διδόναι πίστιν ἢ πίστεως. est iurare & fidem dare, quod etiam πίστα διδόναι significat. Isocrat. pro fidem facere dixit, & documenta dare: ἢ τοσαύτῳ πίστι δεδωκότες ὑπὲρ τοῦ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν. quod & πίστον ποιεῖν dicitur. Vide comment. Budæi. Διδόναι λόγῳ. memoriæ prodere. Gregor. τοῦτο δώσω τῷ λόγῳ, hoc ego scribam. Διδόναι λόγους, sermones serere, & rumores in uulgus disseminare. Διδόναι λόγον itē dare uices loquendi, & percunctandi, & uicissim respondere percunctanti.

Δίδε, pro δίδοθι.

Διδόω. μ. ώσω. ω. ωκα. do. actiuum, accusatiuo iungitur.

Διδράσκω. μ. άσω. ω. ακα. ἀόρ. α. δίδρα. fugio. actiuum, accusatiuo iungitur.

Δίδραχμον. ε. τὸ. didrachmū, id est nummus duas drachmas cōtinens. alio nomine βῦς.

Διδυματόκος. ε. ὁ. geminos enixa.

Δίδυμάων. ονος. ὁ. gemellus.

Δίδυμον ξύλον, furca, authore Suida.

Δίδυμος. ε. ὁ. geminus, dubius. Item pannicu lus duplici sinu testiculos cōtinens: mutuū eorum contactum cohibens, ne si oblædatur alter, in alterum quoq; transeat uitium, δίδυμος uocatur. Δίδυμοι. οἱ. uno partu nati, propriè coniunctis, connexisq; corporibus. διδυμάονες uerò diuaricatis, seiūctisq;: sicuti in Rhetorico adnotatum est Lexico. Alij δίδυμες seminaria uasa interpretātur, hoc est testes, seu testiculos, cliterinos, coleos, unde illud in Græcorum monimētis: Didymon tibicen in adulterio deprehēsus ἐκ τοῦ ὀνόματος ἐκρεμάθη, hoc est, ἐκ τῶν διδύμων, hoc est, testibus.

Διδυμότης. κτος. ἡ. geminatio.

Διδυμοτοκίω. geminos pario.

Διδυμοτοκία. ἡ. geminorum generatio.

Διδώ. όος. ἡ. Dido.

Δίδωμι. μ. ώσω. ω. ωκα. do, cōcedo, permitto, trado, communico. actiuum, accusatiuo iungitur.

Δ Ι Ε.

Διεβίωσαν. ad extremum uixerunt.

Διεγγυᾶν, & διεγγυᾶσθαι. sponsione & fideiussione aliquem liberare. Interdum idem significat quod simplex uerbum, cum quis se rem præstaturum promittit, & effectum iri suo periculo recipit.

Διεγγύησις. fideiussoris interceslio. Interdum simpliciter τοῦ πράγματος ἀναδοχή, cum rem te præstaturum promittis.

Διεγείρω. μ. ερῶ. ω. κα. susciro, excito, facio surgere. actiuum, accusat. iungitur.

Διεγερτικός. οῦ. ὁ. concitatiuus.

Διέγνωκα. diudicaui.

Διέδεξε. cordi fuit.

Διεδήλου. manifestauit.

Διεδρία. ἡ. dissidium in augurum disciplina.

Διέδριον. ε. τὸ. sellula.

Διεζευγμένον. disiunctum.

Διεζωσμένοι. οἱ. brachati.

Διεθρόει. tumultuabatur.

Δίει ἀντὶ τοῦ δίεθι.

Διειδὲς, τὸ λαμπρόν, καὶ ἔυδηλον. clarum, apertum, manifestum.

Διειδής. ἐος. ὁ. ἡ. nitidus, liquidus, clarus.

Διειλισσέρ. ηρος. ὁ. colum.

Δίειμι. διίξειμι, prosequor, cum datiuo apud Platonem. Item narro, percenseo, progredior. Præsens huius accipitur in significatione futuri.

Διείπον. uulgaui.

Διείργω. μ. είρξω. ω. ερχα. prohibeo, diduco, dirimo, interscpio, dispesco. Διείργειν τὸν ἀγῶνα, ἢ τὼ ἀμφισβήτησιν, dirimere controuersiam. actiuum. accusatiuo iungitur.

Διείρεο. interroga.

Διειρίω. μ. ήσω. ω. είρηκα. eleuo, διαγέλλω. accusatiuo iungitur.

Διείρω. traijcio, καὶ διεῖρα ἀντὶ τοῦ ἐπερόνησα. Lucian. καὶ διὰ τῶν ὀδόντων τὸ θηρίον μεταξὺ διείρων τοὺς δακτύλους, inserens, traijciens.

Διεξωνόξενος. ε. ὁ. inhospitalis, simulatè hospitalitatem exercens, per simulationes & ironiam fallens hospitem. Comici hac appellatione dedecorosa fœdant Spartanos.

Διεῖσθαι. pertranire.

Διεστήκει. in seditione erat.

Διεκβάλλω. per medium emitto, & traijcio, penetro.

Διεκβολή. διόδος, eruptio, & exitus per locum angustum & interceptum.

Διεκδικεῖν. persequi, iniuriam alicui illatã ulciſci, id eſt ἐκδικεῖν τινί. Item frequenter protueri & defendere, in Pandectis Græcis.

Διεκδικεῖν ζῶς τούτων οὐσίας. aſſerere, uẽdicare

Διεκδικῶν ἑαυτὸν ἀκοντίῳ. telo ſe defendens.

Διεκδρομή. ῆς. ἡ. excurſus.

Διέκδυσις. ambages, fugæ, & ſtrophæ tergiuerſationum.

Διεκθεῖναι. τὸ διεκπίσαι.

Διεκορήσατό τις παρθένον. καὶ

Διεκόρησε. ſtuprauit.

Διεκορκορύγησε. latrare fecit. Ariſtoph. nebu. ἢ κλόνος ἐξαίφνης αὐτὼ διεκορκορύγησεν.

Διεκπαίω. μ. αίσω. π. αικα. intercido. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Διεκπεραίναι. abſoluere rem inſtitutã, & cœptum proſequi ad ultimum.

Διεκπεράω. tranſmitto. actiuũ, accuſ. iungitur

Διεκπίπτω. per medios elabor, & euado: per rimam, uel foramen elabor. capitur pro intercido.

Διεκπλεῖν. per mediã hoſtium claſſem erumpere.

Διέκπλους. ου. ὁ. tranſitus, uertibilis, aptus in nauali pugna, eruptio per mediam hoſtiũ claſſem.

Διεκπνοή. ῆς. ἡ. ſpiraculum.

Διεκπορεύομαι. progredior.

Διεκτέμνω. diſſeco.

Διεκφεύγω. clàm ſubterfugio.

Διεκφύγω, euado.

Διελασία. decurſio militaris, id eſt ἀνθιππασία.

Διελαύνω. μ. ασω. π. ακα. trãsfigo, decurro in armis. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Διελέγχομαι. μ. ξομαι. π. εγμαι. conuincor in cauſa, reus fio, in mutuã uenio redargutionẽ.

Διελέγχω. refello, confuto.

Διελκύω. μ. ύσω. π. υκα. diſtraho. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Διελεεινολογῶν. ὁ. captans miſericordiam.

Διελήλυθα. tranſegi, percurri.

Διελῆφθαι. diuerſa eſſe.

Διελθεῖν. tranſigere, percurrere.

Διέλω. diffringo, aperio.

Διέμαι. uoce paſſiua, ſignificationem habet paſſiuam, ſicut δίημι, madefacio, perfundo.

Διεμφαίνειν. relucere. Lucian. ὀφθαλμὸν πολύχροον. ἢ ἔνθεον διεμφαίνοντες.

Δι' ἔνδειαν φρενῶν, τὸ διὰ μορίαν.

Διενέγκας. præſtans.

Διενεγκεῖν. differre.

Διενιαυτίζω. totum annũ alicui rei incumbo, immoror.

Δι' ἐννάτου ἔτους. per nouennium.

Δίενος pro διετὴς. bimus.

Διεντέρευμα. ατος. τὸ. quæſtio, ἐρώτημα. Ariſtopha. nebu. ὦ τρισμακάριος τῶ διεντερεύματος.

Διέντες. permittentes.

Δ Ι Β Ζ.

Διεξάγω. tempero, rego, moneo.

Διεξάπτω. raptim emico, & erumpo, ἐξορμῶ, ἐξάλλομαι.

Διέξειμι. narro, tranſcurro, commemoro, edãſero, diſſero, recito, percenſeo, lego, explico, confabulor, pronuncio.

Διεξελαύνω. cum copijs & exercitu perrũpo, & tranſeo per medium, copias, & exercitũ duco. Significat etiam poſt uictoriam fugienteis hoſtem proſequor, & uictis inſto. cũ accuſatiuo.

Διεξελύσω. diſſoluo.

Διεξελῶσι. percurrent, incurſationib. uaſtabũt

Διεξερέομαι. interrogo. quære ἔρομαι.

Διεξέρχομαι. narro, tranſcurro, percurro, recenſeo, perſequor, interficio, perrumpo, pergo, ad finem uſq; proſequor, uſquequaq; exerceo. Διελθεῖν τῷ λόγῳ, eſt oratione proſequi, & enarrare, explicare q; in quo ſignificatur copioſa narratio. deponens, accuſ. iungitur. Require ἔρχομαι.

Διεξιείς, pro διεξιών. perrumpens, irrumpẽs.

Διεξίημι. percurro, conficio, narro. accuſatiuo iungitur.

Διεξιτέον. exponendum eſt.

Διεξοδικός. οῦ. ὁ. latus, ſpatioſus, fuſus, plenus, uagus.

Διεξοδικότερος. οῦ. ὁ. latior.

Διέξοδος. ου. ὁ. decurſus, tranſitus, reputatio, mentis reuolutio, recitatio. Ariſto. de mundo, διεξοδους τῶν πλανητῶν appellat curſus lunæ, & aliarum errantium, quaſi permeationes. Significat etiam explicationem, & enarrationem fuſam.

Διεπαρθένευσε, διέφθειρε. ſtuprauit.

Διεπεῖν. conuenire.

Διέπω. diſpenſo, guberno, curo, manifeſto, rego. accuſatiuo iungitur. οἱ πρῶτον ἄρχοντες διέποντες, conſules.

Διεργάζομαι. μ. άσομαι. π. ασμαι. deſtruo, conficio, occido, ſubigo, elaboro, paro. deponẽs accuſatiuo iungitur.

Διερεθίζω. irrito, excito.

Διερείδομαι, firmor, innitor. deponens, dativo iungitur.

Διερευνάομαι. μ. άσομαι. ω. ασμαι. perſcrutor. deponens, accuſatiuo iungitur.

Διερευνηταί. οἱ. perſcrutatores.

Διερός. οῦ. ὁ. humidus, recens, ſplendidus.

Διερυθρός. οῦ. rubro diſtinctus.

Διερύκω. μ. ύξω. ω. υχα. prohibeo, ſeparo, dormio, interpello. act. accuſatiuo iungitur.

Διέρχομαι. intercedo, occido, cedo, prætereo.

Διερωγός. οῦ. diruptus.

Διερωτάω. μ. ήσω. ω. ηκα. interrogo. actiuum, accuſatiuo iungitur. Hali. lib. γ. διηρώτησαν τοὺς συνέδρους γνώμοισ ὑπὲρ αὐτῶν.

Διέσις. perfuſio, madefacio, percolatio. Eſt etiam uerbum muſicum: ſignificat enim cũ ſonum primum ſenſu percipi poteſt, principiumq; eſt muſicis & elementum, ut punctum, & monas Arithmeticis. Vide commentaria Budæi.

Διεσπεκλωμένη. effutita. Ariſtoph. Pluto: οὐκ ἄρ διαλεχθείην διεσπεκλωμένη.

Διεστήκει, in ſeditione erat.

Διέσχω. diuido, adigo. actiuum, accuſat. iungitur.

Διετηνάμην. aſſerui, aſſeueraui.

Δίετες. ους. τὸ. bimatus, ſpatium duorum annorum.

Διετής. ής. ὁ. ἡ. bimus, qui duos annos natus eſt, duorum annorum.

Διετήσιος. ᾱ. ὁ. anno durans.

Διετία. ας. ἡ. biennium.

Διετίζω. bimatum cõpleo, uiuo in toto anno.

Διέτμαχεν. diuiſi ſunt, dualis numeri.

Διευθετῶ. compono, digero, concinno, ſuo unumquodq; loco colloco, boni conſulo.

Διευθύνω. μ. υνῶ. dirigo, guberno, corrigo. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Διευθυντής. οῦ. ὁ. gubernator.

Διευκρινίω. diiudico.

Διευκρίνησις. ους. ἡ. diſcretio, dilucidatio.

Διευκρίνω. μ. ινῶ. ω. ικα. benè diſcerno. accuſatiuo iungitur.

Διευλαβέομαι. caueo, uito, tempero.

Διευρύνω. dilato, inhio.

Διευτονέω. uireis habeo.

Διευτυχέω. proſperè rem gero.

Διέφθος. ὁ. decoctus.

Διεφύλαττον ἐκ τῶν δικαστηρίων. abſoluebãtur.

Διέχθρας γενήσομαι, apud Ariſtophanem, pro ἐχθρὸς ἔσομαι.

Διέχω. μ. ξω. ω. ηχα. diuido, tranſigo, præſto, diſto, cedo, pateo.

Διέφυ χρόνος. interiecto tempore.

Διεωθοῦντο. repudiabant.

Δ Ι Ζ. Δ Ι Η.

Δίζεμαι. καὶ

Δίζημαι. καὶ

Δίζημι. quæro. actiuum, accuſ. iungitur.

Δίζομαι, τὸ ψηλάφω. attrecto, palpo. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Δίζω. μ. ίσω. ω. ίκα. dubito, curo, exploro.

Διηγέομαι. μ. ήσομαι. ω. ημαι. narro, enarro, expono, interpretor. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Διήγημα. ατος. τὸ. καὶ

Διήγησις. ιος. ἡ. narratio. Alij differentiam ponunt, dicũtq; διήγησιν dici poëſim prolixius rem abſoluentẽ: διήγημα uerò quæ breuius ſuccinctiusq;. Sunt item qui διήγημα ἀπὸ τῆς ἐκφρασις diſtinguant, quòd διήγημα nudam habeat rerum expoſitionem: ἔκφρασις autem ferè oculis audiẽtium etiam ſubijciat. Illud item καθ' ὅλης ἐξετάζει, id eſt uniuerſum inquirit: ſicuti in Atheniẽſes à Lacedæmonijs eſſe bellatum, ἔκφρασις autem per partes, uti quo genere belli, quibusq; machinarum tormentis.

Διηγνοημένον. τὸ. ignoratum.

Διηθεῖ. tranſmittit.

Διηθεῖται. elicitur.

Διηθέω. μ. ήσω. ω. ηκα. ἠ

Διήθω. μ. ήσω. ω. ηκα. ſtillo, colo, tranſcolo.

Διήθησις. ιος. ἡ. perſtillatio, colatio.

Δίηκω. tendo, peruado.

Διηλλαγμένα. ᾶ. uaria.

Διημερεῖσαι. totum diem aliquid facere.

Διημερεύω. μ. εύσω. ω. ευκα. diurno. neutrũ abſolutum.

Δίημι. amoueo, inſequor, aſpergo, perfundo, madefacio.

Διηνεκής. ές. ὁ. ἡ. continuus, longus.

Διηνεκῶς. continuè.

Διηνθισμένος. η. ὁ. florens.

Διηυνύκειναι. peregiſſe.

Διηόω, aut δηόω. uaſto, deuaſto, depopulor.

Διηπάτηνται. decepti ſunt.

Διηπείλει. minabatur.

Διῆρει. detraxit.

Διῆρες. τὸ. cœnaculum, ſcala.

Διήρις. ιος. ἡ. biremis.

Διηρῆσθαι, pro διαιρεῖσθαι, apud Platonẽ, & Ariſtotelem.

Διῆται. ſequutus eſt.

Δικχήμ quidam Aristotelici interpretes uocant, qua strepitus ad auditum prouehitur. quasi personiam dixeris.

Δικχοῦρ. τος. personans.

Δ Ι Θ.

Δίθαλος. ε. ὁ. cui uictus geminus.

Διθάλασσος. ου. ὁ. ἡ. bimaris, qui utrinq; mari alluitur.

Δίθη. ης. ἡ. oliua maior.

Διθυμία. ας. ἡ. dissidium, dissentio.

Διθύραμβος. ε. ὁ. Dithyrambus, metri genus in honorem Bacchi decãtari solitum, & cognomentum Bacchi. παρὰ τὸ δύο θύρας βῆναι, quòd bis natus, duas ueluti ianuas penetrarit. Qua de re extat iocosus dialogus Luciani, & copiosius scribit Ouidi. in Metamorphos.

Διθυραμβώδης. dithyrambi um tumorem oratione spirans.

Δίθυρος. ε. ὁ. ἡ. duplex, δίπτυχος, biualuus.

Δ Ι Ι.

Διΐ. τῷ. Ioui.

Διϊέντων. simul euntium. Demosthenes pro Ctesiph.

Διϊθυντήρ. ε. ὁ. gubernator.

Διϊθύνω. dirigo, guberno, rego. Gaza ex Cicerone: ὁ διϊθύνων καὶ διεξάγων τοῦτο τὸ σῶμα, οὗ προκάθηται.

Δίϊμι. transmitto, dimitto, ἀφίημι, ἀπαλλάττω.

Δίϊμι. uado, narro, discurro, συγχορῶ, cõmemoro, orationem habeo.

Διϊνέομαι. μ. ἰξομαι. π. ιγμαι. pertrãseo, trãsigo.

Διϊπετής. ἐος. ὁ. ἡ. fluens à Ioue, uel eximbre procedẽs, rapidus. Homerus διϊπετέας uocat fluuios, non torrenteis solum, uerum etiam omnia flumina: quoniam imbribus aquæ pluuiæ omnia complentur. Strab. ά.

Διϊπόλια. τά. festum Athenis priscum, dictum quòd in eo Ioui πολιῷ sacrificaretur. Hinc διϊπολιώδη apud Aristophanem, pro priscis, & obsoletis.

Διΐσαμαι. dirimor, dissideo. Demosthe. ἐπιθ' ἡ πελοπόννησος ἅπασα διϊσκηκε. Et discrepo, differo: Et diuisus sum, diremptus, distractusq;. Plutarchus: ὡς οὖν αὐτῷ ὁ δῆμος διέστη: Postquam autem turba plebeia ei per medium uiam fecit. Genitiuo iungitur.

Διϊσάναι τὴν ἡμέραν. dirimere tempus.

Διΐστημι. μ. ἰστω. π. στημα. distinguo, disto, secerno, separo, in diuersas parteis loco, dispono, disiungo. diuido, dissocio, dirimo, ad dissidium impello, seditionem concito. accusatiuo iungitur.

Διϊσχύω, ἢ διΐσχω. superior sum, uiribus antecello. genitiuo iungitur.

Διϊσχυρίζομαι. καὶ

Διϊσχυρίζω. μ. ἰσω. π. ικα. affirmo, asseuero, fortifico. actiuum, accusatiuo iungitur.

Δ Ι Κ Α.

Δικάζεσθαι. ciuili, & priuato iure agere, litem agere, litigare, contendere, certare, ambigere, ut Cicero loquitur, hoc est ἐγκαλεῖν, in ius uocare. Lucianus in Lapithis: περὶ μισθοῦ τῷ μαθητῇ δικαζόμενος, de mercede discipulũ in ius uocans.

Δικάζω. μ. άσω. π. ακα. iudico causam, quæstionem ago. in infinitiuo δικᾶν apud Herod. Vide commentaria Budæi.

Δίκαια. oppidum Thraciæ, à Dicæo conditum.

Δικαιαρχία. ας. ἡ. Puteoli urbs.

Δικαιοκρισία. ἡ. iustum, rectum iudicium.

Δικαιοδοσία. idonea causa.

Δικαιοδότης. ε. ὁ. iuris dator, iustittã exhibens, Qui recturus prouinciã mittitur, is uicem principis obtinet, sub eo est is, qui δικαιοδότης dicitur, id est iura reddẽs, & iurisdictionem habens, in cuius potestate sunt iudicia.

Δικαιολογεῖν. declamare.

Δικαιολογεῖσθαι. iura sua allegare, & in iure disceptare, ius suum dicere, parteis suas defendere, quod causificari Plautus dixit. Cicero etiam causari, & proferre. Quintilianus, & Iurisconsul. allegare appellant, hoc est, προτείνεσθαι, προίχεσθαι & παρίχεσθαι, & προφέρειν: hæc enim omnia ferè de eodem dicuntur. Accipitur pro ἀμφισβητεῖν, & δικάζεσθαι, contendere, litigare, disceptare. Athen. ἐδικαιολογεῖτο πρός με: mecum amicè expostulabat, quòd iniuriam ei intulissem. In Pandectis, τὰ δικαιολογηθέντα dicunt, quæ utrinq; disceptata sunt à litigatoribus. Vide comment. Budæi.

Δικαιολογία. est causæ suæ defensio, iuris sui in mediũ prolatio, iudicialis causificatio: quod pro causæ firmamento dici potest. Liba. ἀναγκαῖον δὲ εἰπεῖν τὰς δικαιολογίας ἑκατέρων.

Δικαιολογικός. iuridicialis.

Δικαιολογύμενος. ε. ὁ. uocans in ius.

Δικαίομαι. multor.

Δίκαιον ἔχειν. ius suum obtinere. Δίκαιον προβάλλεσθαι, iure se tueri. Δίκαια δύο προβάλλεσθαι, duplici se iure tueri. Dicit & προτείνεσθαι,

τάττεσθαι, & προφέρειν, & παρέχεσθαι.

Δίκαιον dicipotant Grammatici, quia δίχα ἴεσιν, id est, duatim (ut sic dicam) & diuisim fiat, tanquam dicamus δίχαιον, hoc est bifariam diuisum uel diuidens: ueluti quod totum aliquod diuidat in parteis æqualeis. Alij παρὰ τὸ δύο ἔχειν, quod δίκη parteis secernat duas.

Δικαιοπολῖται. ciues Dicææ.

Δικαιοπραγεῖν. iuste agere.

Δικαιοπράτειν. idem.

Δίκαιος. α. ὁ. iustus. Aliquando dicitur nõ ob unam illam uirtutem, quæ prima est inter moraleis, hoc est δικαιοσύνην, sed ob absolutam omnibus numeris probitatem. Sic Aristoteles in Aeth. dicit δικαιοσύνην uirtutẽ in se complecti omnem, ut δίκαιος idem sit, quod bonus & probus. Vnde & sacræ literæ ἀδικίαν pro quouis utuntur peccato. Itẽ uerus, ut apud Sophoclẽ, δίκαιος γόνος, pro uero. quod imitanter & Latini. Cicero in Sallustium: Quem honorem ita egit, ut nihil non æquũ, atq; uerum duxerit, quod ei facere collibuisset. Significat & idem quod ἄξιος, ut δίκαιος ἐπιωμίαν τυχχάνειν, ἀντὶ τοῦ ἄξιος, dignus laude. Δίκαιος ἀπολωλέναι, dignus qui pereat. τῶν δικαίων ἀφίεσθαι τῶν ἑαυτοῦ. de iure suo discedere.

Δικαιοσύνη. ης. ἡ. iustitia.

Δικαστήριον. α. τὸ. locus iudicij, forum.

Δικαιόω. μ. ώσω. τ. ωκα. iustum puto, iustifico, iudico, censeo. actiuum, accus. iungitur.

Δικαίωμα. ατ. τὸ. ης

Δικαίωσις. ιος. ἡ. iustificatio.

Δικανικός. οῦ. ὁ. iudicialis.

Δικάρηνος. α. ὁ. ἡ. biceps.

Δικαρπεῖν. bis fructum ferre, τῶν διαφερόντων dicitur. Vide comment. Budæi.

Δικασπολία. ας. ἡ. iustitia.

Δικάσπολος. ου. ὁ. qui uersat in iudicio, iudex.

Δικαστήριον. α. ὁ. forum iudiciale, tribunal, iudicium, iurisdictio. Lucianus δικαστήρια pro ipsis iudicibus usurpat. Δικαστήριον τινὶ καθίζειν, accusare. Vide comment. Budæi.

Δικαστής. οῦ. ὁ. iudex, litium diremptor. Dictũ uolunt quidã à diuisione quasi δίχαστής, ueluti qui totum aliquod diuidat in parteis æqualeis. Ammonius distinguit à διαιτητής.

Δικαστικόν. τὸ. dicebatur merces quæ iudicib. dabatur pro opera iudicandis cõtrouersijs impensa: hoc est, portulæ iudiciales, portularia pecunia. Budæus in posterioribus annotationibus.

Δικεῖν. iacere, βάλλειν.

Δικιλίσαι. dicebantur apud Laconas, qui Comicos lusus obibant.

Δικέλλα. ης. ἡ. ligo. onis.

Δικελλίτης. qui ligone utitur, fossor.

Δικέρως. bicornis.

Δίκερως, ω. ὁ. ἡ. idem.

Δικέφαλος. α. ὁ. biceps.

Δίκη. ης. ἡ. causa, quæ apud iudicem agitur, κρίσις καὶ ἡ τιμωρία καὶ τὸ δίκαιον. iudicium, pœna, siue supplicium, iustitia. Item lis, publica actio, ius, ritus, modus. Dea est iudiciorum, inde dicta quòd lites, & contentiones dirimat. Hanc uirginem credi scribit Proclus, quoniam dicasticum genus deceat esse καθαρόν, id est integrum purumq;, cuius uirginitas est symbolum. Dici porrò Iouis filiã, quia νομοθέτης sit κοσμικός, ueluti princeps imperatorq; uniuersorũ. Hesiodus: ἡ δὲ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, διὸς ἐγγενὴς αἰεί: uirgo iustitia est prognata Ioue. Eustachius Δίκην, & θέμιν idem esse putat. Vide Bud. in prioribus annotationib.

Δίκη ἀνάδικος. iudicium reuocatum, & irritũ, iudicium nullum, ut loquuntur Iurisconsulti.

Δίκη βλάβης. actio damni dati, quæ est ex lege Aquilia contra eum qui damnum intulit.

Δίκη ἐυθεῖα. controuersia recta, quod principale nunc homines forenses dicunt.

Δίκη κακηγορίας. καὶ

Δίκη κακηγορίου. iniuriarum actio.

Δίκην ἐισάγειν. intendere actionem in iudicio, quod experiri dicit Ciceroni, ut pro Quintio: Si quid in controuersiam ueniret, intra parietes aut summo iure experiretur. Dicitur etiam ἀγωνίζεσθαι. Et πάλιν ἐισάγειν τῷ δίκην, Latini actionem restituere dicunt. Vide Budæi commentaria.

Δίκην ἔλαβε dicunt Attici tam de accusatore, quàm de reo, id quod Latini imitati sunt. Vergilius in iiij.

Pœnas inimico à fratre recepi.

Idem in secundo:

Iamdudum sumite pœnas.

Priscian. libro xviij.

Δίκην ἐπάγειν. est litem, uel crimen, uel dicam impingere. Sicut Terẽtius dixit in Phorm.

Si tu illam attigeris secus quàm dignum est liberam, dicam tibi impingam grandem.

Demosth. ἀμφικτυονικὰς δίκας ἐπάγοντές μοι.

Δίκην ἔχειν. accusari.

Δίκην λαγχάνω. dicto iudicium, appello, actionem dicto, litem intēdo, dicam impingo, edo iudicium & actionem, quod etiā subscribere iudicium dicitur. Demosthe. καλῶ Μειδίαν ἵνα καλῶς δίκας ἔλαχον τῶν πατρώων τοῖς ἐπιτρόποις μειρακύλλιον κομιδῆ, Cum primū tutelæ experiri cum tutoribus meis cœpissem, adhuc adolescentulus existēs. In causis etiam capitalibus significat postulare, & accusare: ad uerbum sonat sortiri iudicium. Sorte enim cognoscendarum causarum diem capiebant, authore Seruio in illum locum Aeneid. vi.

Nec uerò hæ sine sorte datæ sine iudice sedes.

Cicero in Verrem act. iij. dicas sortiturum dixit, pro sortitione causas cogniturum. Vide comment. Budæi.

Δίκην τῆς ἐπιτροπῆς ἐλαχώς. actionem tutelæ intendens.

Δίκην φεύγειν. crimen deprecari.

Δίκην ὤφλε μεγάλην. magnæ multæ damnatus est.

Δίκην. instar, per ἔλλειψιν τοῦ καλῶ, quasi dicas secundum ritum aut modū. genitiuo iungitur, ut καθάπερ δίκην, quod Sallustius in modum dixit in Catil. Quum domos, atq; uillas uideas in modum urbium ædificatas. Atticum esse annotat Priscianus libro decimooctauo.

Δικαῖον. ϛ. τὸ. iustitia, diminutiuè.

Δικλίς. ίδος. ὁ. ualua, bifores.

Δικόλογος. ου. ὁ. orator, in causa aduocatus.

Δικόνδυλοι. duos monteis habentes.

Δικορράφειν. causas consarcinare, ex iudicijs compendium quærere. Aristoph. auibus: ἐκ τοῦ δικαίου μᾶλλον ἢ δικορράφειν.

Δικορράφος. ϛ. ὁ. rabula.

Δικόρυμβος. ϛ. ὁ. biceps.

Δικόρυφοι. quibus duplex est in capite uertex. biuertices, duos uerticeis habentes.

Δικότυλος. ϛ. ὁ. qui geminis acetabulis seriem habet ordinatam.

Δικραίς. τὸ. biceps.

Δίκρανος. ου. ὁ. fuscina.

Δικρανόω. aperio.

Δίκροαι. sinus gemini.

Δίκροος. ϛ. ὁ. bifidus, bifurcatus.

Δίκροσος. ου. ὁ. utrinq; fimbriatus.

Δίκροτος. ϛ. ὁ. biremis. Est & pulsus hoc nomine apud medicos, à percussu geminato sic dictus.

Δίκταμον. τὸ. dictamum herba.

Δικτατεύω. dictaturā exerceo, dictator sum.

Δικτατορία. ἡ. dictatura.

Δίκτη. mons in Creta.

Δίκτυ. υος. τὸ. καὶ

Δικτυεύς. piscator.

Δίκτυνα. ας. ἡ. Dictyna, Dianæ cognomen, ἀπὸ τῶν δικτύων. Hoc item cognomine κρητὶ μαρτὶ deam appellāt Cretenses, quòd Minos quum ob amorem hanc insequeretur illa fugiens in retia capiendis demissa, piscibus se præcipitem dederit. Grata hæc inprimis Dianæ ob cursus, uenationisq; cōmune studium.

Δίκτυον. ϛ. τὸ. rete. δίκτυα sunt maiores tantum plagæ.

Δικτυωτά. opera dicūtur, quæ nostri reticulata uocant, quasi cancellata, ut in structuris.

Δικτυωτός. οῦ. ὁ. in modum retis distinctus, cancellatus.

Δίκωλος. ὁ. bimembris.

Δικῶν ὄντων ὄντων, institium, μὴ οὔσα δὲ δίκη iudicium nullum significat.

Δικωπί. remigium.

Δ I Λ. Δ I M. Δ I N.

Δίλημμα. ατος. dilēma, syllogismus cornutus, argumentum quod utrinque aduersarium capit, syllogismus utrinq; uinciens & constringens, confessionemq; exprimens. ἀπὸ δὶς & λαμβάνω.

Δίλογος. ϛ. ὁ. bilinguis.

Διλοχία. ας. ἡ. duplaris decuria uertitur à Theodoro.

Διμάχαι. οἱ. equites qui utrunque pro loci opportunitate peditis & equitis munere fungebantur.

Διμερίς. τὸ. bipartitum.

Διμυλαίνω. labra moueo: nam μῦλα etiam labra uocantur.

Δίμηνος. ου. ὁ. bimestris.

Δίμιτρον. ϛ. τὸ. ligamen duplex.

Διμοιρία. ας. ἡ. diuisio in duo tantum, & manipulus cuius dux διμοιρίτης dicitur.

Δίμοιρον. ου. dupla pars.

Δίμοιρος. bessis, Vitru.

Διμόριον. τὸ. bes pars assis.

Δίμυξος. ϛ. ὁ. ἡ. de lucerna duorū ellychniorū

Διανίσκω. uerto.

Διανύω. μ. εὐσω. ϖ. ευκα. uerto, conuerto. actiuum, accus. iungitur.

Διανίω. μ. ήσω. ϖ. ηκα. uoluo, uersor, uerto, conuersor. actiuum, accus. iungitur.

Δίνη. ης. ἡ. reuolutio aquarum, uertigo, uortex, gurges.

Δινήεις. ήεντος. ὁ. uorticibus plenus.

Δινηθισμός. οῦ. ὁ. reuolutio, mixtio, mixtus, uarius, uersicolor.

Δῖνος. ου. ὁ. aëris turbo, & uertigo, tornus, poculum.

Δινοχλεῖν. obturbare, molestum esse.

Δίνω. reuoluo, uersor.

Δινώδης. ες. ὁ. ἡ. uorticosus.

Δινωτός. οῦ. ὁ. uersatilis, rotundus, tornatilis.

Δίξός. οῦ. ὁ. bifarius.

Δ Ι Ο.

Διό. ideò, propterea.

Διὸ καὶ. itaque.

Διόβλητος. ὁ. fulmine ictus.

Διογένης. ὁ. Diogenes.

Διογενής. ἐος. ὁ. ἡ. generosus.

Διοδεύω. μ. εύσω. τ. ευκα. erumpo, transeo, trajicio. Διοδεύω τὴν ἰταλίαν, iter facio per Italiam. actiuũ, accusatiuo iungitur.

Διοδεύσιμος. ου. ὁ. peruius.

Δίοδος. ου. ἡ. transitus, aditus, biuium.

Διοίγω. aperio. actiuum, accusatiuo iungitur.

Διοιδαίνω. καὶ

Διοιδέομαι. μ. ήσομαι. τ. ημαι. intumeo. Lucianus in Necyo. ἔτι μέντοι ἐπεφύσητο αὐτῷ καὶ διοιδήκει ἐκ τῆς φαρμακοποσίας τὰ σκέλη, Inflantur autem illi etiamnum atque intumescunt exhausto ueneno crura. deponẽs absolutum.

Διοικέω. μ. ήσω. τ. ηκα. guberno. Isocrat. οὐδὲ ταπεινῶς διῴκει τὸν βίον, Nec enim contempte uitam instituit. Administro, disp ono, ordino, tueor. Item agito rem aliquam, siue tracto de re aliqua. actiuum, accusatiuo iungitur.

Διοίκησις. ιος. ἡ. dispositio, dispensatio, administratio, gubernatio, iurisdictio.

Διοικητής. οῦ. ὁ. dispensator, procurator.

Διοικητική. ἡ. constitutrix.

Διοικίζω. μ. ίσω. τ. ικα. dissocio habitatores, dispergo, ut in bello fit, & facio habitare in diuersis partibus. Accipitur pro dissocio, & dirimo coniunctionem: diuido, disgrego. Plato in Symp. νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἀδικίαν διῳκίσθημεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, Diuulsi sumus & contubernium nostrum diremptum. actiuum, accusatiuo iungitur.

Διοικουρεῖον. τὸ. Castoris templum.

Διοίσειν. referre, differre. à διαφέρω.

Διολισθαίνω. labor. eris. ὀλισθαίνω.

Διολική. ῆς. ἡ. distractio.

Διόλου. copiosè.

Διομαλίζω. μ. ίσω. τ. ικα. sterno, demulceo, explano æquabiliter, planè me habeo.

Διομαλύνω. μ. υνῶ. τ. υκα. explano. actiuũ, accusatiuo iungitur.

Διομήδειος. ου. ὁ. Diomedeus.

Διομήδεια. ας. ἡ. sententia Iouis.

Διομήδης. εος. ὁ. Diomedes.

Διόμνυμι. μ. ύσω. τ. υκα. καὶ Διόμνυμαι. iuro, iurando affirmo. Διόμνυσθαι autem dicuntur testes & quicunq; iusiurandũ publice præstant. Est etiam deiero, & interdum abiuro, & inficior.

Διομολογοῦμαι. paciscor & conuentum facio, cõstituo, stabilio. οὐχ οὕτω διομολογησάμεθα: Nonne ita inter nos cõuenit? Est etiam stipulor, contendo à te hoc ut fateare.

Διομολογία. huiusmodi constitutio dicitur, atque τροσδιορισμός.

Διονύσια. ίων. τὰ. Bacchanalia.

Διονυσιοκόλακες. assentatores Dionysij, aulici assentatores.

Διονύσιον. ου. τὸ. ederam aliqui uocant.

Διόνυσος. ου. ὁ. Bacchus.

Διόνυχον. τὸ. exactum, accuratũ, ad unguem factum.

Διοπετές. ἐος. τὸ. dicit quod à Ioue delapsum est, aut è cœlo uenerit. Olim opifices simulacrorum, quo maior esset superstitio uulgi, fingebant ea cœlitus delapsa, hoc est, esse διοπετῆ. Herodian. in primo: αὐτῷ μὲν ἄγαλμα διοπετὲς, ὡς λέγουσιν. Et in Act. Apostolorũ: τῆς μεγάλης Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ διοπετοῦς. quo loco subauditur ἀγάλματος. Composita dictione à ζεύς, quod genitiuũ facit διός & πίπτω quod ἔπεσον habet in ἀόρ. β'. Homerus hoc cognomenti tribuit regibus, uelut à Ioue profectis.

Διόπτη. ης. ἡ. genus inauris.

Δίοπος. ου. ὁ. dispensator, rusticus, præfectus, curator nauis, nauis inspector custosq;, id est ναυφύλαξ. Ab ὁράω τὸ βλέπω. Aeschylus indicat reges & principes rectè hoc nomine appellari. Alij deducunt ἀπὸ τοῦ διέπειν, id est, ordinando. Dicit præterea ἐπίπλους.

Διοπτεύω. μ. εύσω. τ. ευκα. uideo, consydero, dispicio. actiuum, accus. iungitur.

Διοπτήρ. ῆρος. ὁ. speculator, œconomus, τροφύλαξ.

Διόπτρα. instrumentũ geometricũ, per quod altitudinem, latitudinẽ, longitudinem ue,

etiam è longinquo explorant & deprehendunt. Διόπτρας item uocant instrumenta aquarum dicata librationibus, ubi perducendæ ad mœnia sunt.

Διοράω. despicio, perspicio. require in ὁράω. actiuum, accusatiuo iungitur.

Διοργίζομαι. irascor.

Διορθόω. μ. ώσω. ω. ωκα. ὴ Διορθοῦμαι. rectè dispono, emendo, corrigo, res afflictas erigo, & reparo. Ammonius distinguit ab ἐπανορθῶ. actiuum, accus. iungitur.

Διόρθωσις. ιος. ἡ. correctio, propriè quando quis lapsabundus quippiam nanciscitur, unde ipse erigitur, aut cum semetipsum erigit.

Διορθωκός. emendatiuus.

Διορία. ας. ἡ. discrimen.

Διορίζομαι. καὶ

Διορίζω. μ. ίσω. ω. ικα. pro eodem dicitur, hoc est, distinguo, separo, discrimino, explano, explico. Plato διορίζειν, διαιρεῖν, διατέμνειν χωρίζειν pro eodem posuit, hoc est, diuidere, partiri. Idem in Politico: ἀλλὰ περιπλοκὴν ἐν κύκλῳ πάμπολλα διορίζόμενοι μάτῳ, id est, διαιρούμενοι. cum accusatiuo. Διορίζομαι præterea etiam denotat differo, discepto, enucleatè disputo, cum præpositione iunctum: δικαιότατον δὲ διορίζεσθαι περὶ τούτων. Galenus cũ accusatiuo in primo ad Glauc. εἰ γὲ διορίσαιτό τις τῶν καζὰ τὰς ἡλικίας διαφορᾶν. Item affirmo. Διωρισμένον idem quod ἀφωρισμένον, id est, constitutũ, statum. Significat etiam designatũ, certum, delectũ, & selectum. Vide Comment. Bud.

Διορισμός. οῦ. ὁ. distinctio, distincta rerum explicatio.

Διορρεῖσθαι uel διορεῖσθαι. serescere, hoc est, in serum abire: alioqui serescere poëtis quoque pro serenum fieri siccariq; accipitur. A Dioscoride διορίζεσθαι dicitur.

Διόρυκται. effractores, τοιχωρυχοί.

Διορύσσω. μ. ύξω. ω. υχα. fodio, id est, cauo, effringo, τοιχωρυχῶ. actiuum, accusatiuo iungitur.

Διορχέομαι. persalto, ad finem usque salto.

Δῖος. α. ὁ. generosus, diuus, humidus, bonus.

Διοσημεῖα. τὰ. monstra deorum, prodigia, signa Iouis, & eorũ quæ cõtingunt in aëre.

Διόσκοροι ἢ διόσκουροι. Castor & Pollux, quoniam διὸς, id est Iouis, κόροι, id est, filij. Ambo Castores interdum uocantur, quũ alteri duntaxat id nominis fuerit. Antiquitas credidit hos salutares esse nauigantibus, si simul apparerent (apparent autem ignis specie malo aut antemnæ insidentes) contrà duros, si singuli aut solitarij, cuius rei mentio fit in Act. Apost. cap. ultimo.

Διότε. ideò, quia.

Διότι. quia, quòd, quoniam, propterea, propterea quòd, eò quòd. cum indicatiuo. Lycia. ἢ διότι μὴ πώγωνα μικρὸν πολιὰς ἔφυσας, διὰ ταῦτα καὶ βρέφος ἄξιος νομίζεσθαι; Item cur, quam ob rem, qua de causa. Idem: διότι μὴ πεῖσαι διανοῇ;

Διοτρεφής. ἐος. ὁ. ἡ. à Ioue nutritus.

Διουρῆται. sanescunt.

Διουρητικά. uocantur medicamenta quæ urinam cient.

Διοχλέω. μ. ήσω. ω. κα. turbo. datiuo iungitur. διοχλοῦμαι.

Δ Ι Π.

Διπάλαισος. ου. ὁ. duorum palmorum.

Δίπαλτον. tenens bina tela & uibrans, ambidexter, utrinq; acutus.

Διπατός. οῦ. ὁ. utrinq; mouens, ambabus manibus, totis uiribus.

Διπηχαῖον. ου. ὁ. interscalmium, Vitru.

Διπήχης. εος. ὁ. ἡ. bicubitalis.

Διπλάζω. μ. άσω. ω. ακα. ὴ

Διπλασιάζω. duplico. actiuũ, accus. iungitur.

Διπλασιασμός. οῦ. ὁ. duplicatio.

Διπλάσιος. ου. ὁ. duplus. Ammonius distinguit à διπλόος.

Διπλᾶ. nota trigoni obliqui figuram habens citra basin.

Διπλοΐς. ίδος. diplois, genus uestis. à διπλόος.

Διπλόος, καὶ

Διπλοῦς. ὁ. duplex. Vide Ammonium.

Διπλόω. μ. ώσω. ω. ωκα. duplico. actiuũ, accusatiuo iungitur.

Δίπλωμα. ατος. τὸ. diploma, & uas quoddam. Sunt etiam διπλώμαζα quas literas patentes nũc appellamus, cuiusmodi sunt edicta & mandata principũ regio signo sancta.

Διποδία. ας. ἡ. genus saltationis Laconicæ, bipedatio.

Δίπολος. de terra bis aratro prosciſſa.

Δίπους. οδος. ἡ. Bipes.

Διπρόσωπος. biceps.

Δίπτερα. τὰ. bipennia.

Δίπτερος. ου. ὁ. bipennis & ædificij genus, de quo Vitruuius.

Δίπτυχα. dupliciter.

Διπτυχής. ίος. ὁ. ἡ. geminus.

Διπλοῦχος. ου. ὁ. duplicatus.
Δίρκαιος. ου. apollinaris minor.

Δ Ι Σ.

Δίς. bis. Aliquando priuandi uim habet, ut in δισώνιος.
Δισειλόνη. atneptis.
Δισείλονος. ου. ὁ. atnepos.
Δίσεφθος. ὁ. ἡ. bis coctus, recoctus.
Δισωνίως. effrenatè.
Διαθανὴς. ἐος. ὁ. ἡ. morti bis patens.
Δισκεύω. disco ludo, discum in auras iacto.
Δισκινησία. ας. ἡ. difficultas mouendi.
Δισκόβολοι. qui discum in sublime iaculabantur, id est, lapidem rotundũ ac pertusum, ut inquit Ammonius.
Δίσκος. ου. ὁ. discus, massa ferri, corpus solis, lapis grauis, qui exercendi causa corporis ad auras proijciebatur.
Δίσκω. βάλλω, iacio.
Δισνομία. ας. ἡ. peruersa iuris legumq; constitutio.
Δίσπαππος. atauus.
Δισσακὶ. bis.
Διττός. οῦ. ὁ. duplex.
Δίσαγμος. ου. ambiguitas.
Δισάζω. μ. άσω. τ. ακα. dubito, duplicia intelligo, ambigo, anceps sum, uacillo, quum animus nunc huc, nunc illuc impellitur.
Δισσία. ας. ἡ. domicilium duas contignationes seu tecta habens.
Δίστεγος. ου. ὁ. ἡ. habens duplex tectum.
Δίσσοκος. quæ bis peperit.
Δίσομος. ὁ. ἡ. anceps, id est, utrinque acutus. Μάχαιρα δίσομος, duo ora habens, siue utrinque incidens.
Δισυχίασις. ιος. ἡ. pilorum succretio præter naturam in palpebris.
Δισύπατος. ου. ὁ. bis consul.
Δίσφαξ. κος. ubi duo montes conueniunt, & os uallis faciunt.
Δίσφορος. ου. ὁ. molestus.
Δισχιδῶ. δίχηλον.
Δισχίλιοι. duo milia.
Δίσχωλος. ου. ὁ. utroq; claudicans.

Δ Ι Τ.

Διτιθέμβρος. ου. ὁ. administrans.
Διτοκεῖ. gemellos parit.
Δίτοκος. quæ bis peperit.
Διπλογονεῖ. partum geminat.
Διπλολογῶ, & δὶς λογῶ, geminato uerbo loquor, ut σεφάνῳ σεφανῶσαι. Significat etiam bis dico. Synes. de quodam memoriter pronunciante carmina, τούτους τοὺς σίχους ἀποδίδωσιν, οὐ προσπαίων, ὃ διαλογῶν, non offendens, non sese reuocans: διπλολογῶν, ἐνισχόμενος, ἑαυτὸν ἐπαναλαμβάνων, eadem sere significans.
Διπλόος. duplex, bisulcus, ambiguus.

Δ Ι Υ.

Διυγραίνω. perfundo, madefacio, excolo.
Δίυγρος. ου. ὁ. humidus, infirmus, ἀσθενὴς, mollis.
Διυλίζω. μ. ίσω. τ. ικα. defeco, excolo. actiuũ, accusatiuo iungitur.
Διύλισις. ιος. ἡ. percolatio.
Διυπνίζω. μ. ίσω. τ. ικα. expergefacio. actiuũ, accusatiuo iungitur.
Διυφαίνω. texo.
Διυφάσιος. ου. ὁ. alteruter.

Δ Ι Φ.

Διφασία. ας. ἡ. iustitia: δικαιολογία, inquit Suidas, ἢ δικαιοσύνη.
Διφάω. μ. άσω. τ. ακα. inquiro. actiuum, accusatiuo iungitur.
Διφθέρα. ας. ἡ. pellis Amaltheæ capræ, in qua res humanas scribere dicitur Iupiter, operculum libri. Vide Chiliades Erasmi: Diphtheram sero Iupiter inspexit. & Antiquiora diphthera. Est item pastoricum ex pellibus indumentum. quod uertunt quidam rhenonem, sagum pelliceum. Scribit Herodot. Ionas βύβλους dicere διφθέρας, prisca consuetudine, quòd aliquando ob penuriã papyri pellibus uteretur, tum caprinis, tum ouillis. βᾶτας quoque διφθέρας uocari authores opinatissimi scribunt.
Διφθερίας. ου. ὁ. genus personæ tragicæ, diphthera indutus. Lucian. in Timone: διὰ ταῦτα δικελλίτης ἢ διφθερίας (ὡς ὁρᾷς) ἀπολιπὼν ὑπὸ ἀισχύνης τὸ ἄσυ μισοῦ χωρεῖ.
Δίφθογγος. ου. ὁ. ἡ. diphthongus, duarum uocum sonus.
Δίφραγις. duces militum apud Parthos.
Δίφραξ. sella, currus, lectica, κλίντηρ, θρόνος γυναικεῖος, authore Hesych.
Διφρεία. ας. ἡ. aurigatio, currus circumagitatio, ἅρματος περιφόρεια.
Διφρευτὴς. οῦ. ὁ. ἢ
Διφρηλάτης. ου. ὁ. auriga, gubernator currus. à δίφρος & ἐλαύνω, apud Lucianum.
Διφρίσκος. ου. ὁ. curriculus.
Δίφρος. ε. ὁ. biga, sella, sedes, ppriè uilior, cui opponit κλισμός. Currus nõ plenus, sed ex duobus iunctus equis, qui & συνωρὶς dicit, ut inquit

ut inquit Aristophanis interpres. Propriè tamen eo nomine dicitur pars in curru, ubi cum parabate uersatur auriga, unde etiam inclinatur, quasi δυοφόρος, id est, duos ferens, author Eustath. In plurali τὰ δίφρα.

Διφροφορεῖσθαι. τὸ ἅρμασιν, gestari, sella aut lectica uehi, quemadmodum Romæ magistratus sella curuli.

Διφροφόροι. οἱ. ferentes sellas curules.

Διφροφορούμενοι. sellis subuecti Persæ, qui magnæ fuere apud eos authoritatis.

Διφρυγίς. τὸ. quasi iterum coctum. Romani pariter diphryges dicunt. Vide Dioscoridem libro quinto.

Διφυής. ἐος. ὁ. ἡ. geminus, biformis, duplicis naturæ, bifidus.

Δ I X.

Δίχα. dupliciter, bifariam, diuisim, duatim. Item absque, sine, cum genitiuo. Plutarch. δίχα λύτρων ἀφεθέντων. Item seorsum, semotim. Δίχα θυμὸν ἔχω, sum animo ambiguo & ancipiti, habeo animum ad diuersa intentum.

Δίχαιος. ου. ὁ. bipartitus.

θημωνία. ας. ἡ. καὶ
θήμ. νός. ἡ. cumulus.
θήμ. completiua particula.

Θ Η Π. Θ Η Ρ.

θήπω. μ. ψω. ϖ. φα. admiror, stupeo. neutrũ accusatiuo iungitur.
θήπω. mentior, admiror, cõcupisco: ἐπιθυμῶ, θαυμάζω.
θηπῶν. decipiens, adulans, admirans, ἐξαπατῶν, κολακεύων, θαυμάζων.
θήρ. ῥός. ὁ. fera. Nonnunquàm pro uenenata bestia accipitur, & maximè pro uipera.
θήρα. ας. ἡ. indago & uenatorum inquisitio, uenatio.
θηράγρα. ας. ἡ. uenatio, & res quæ in uenatu capitur.
θήραμα. τὸ. inuentio.
θηράομαι. μ. άσομαι. ϖ. αμαι. uenor, aucupor, capto. Interdum passiuè pro captor. deponens, accusatiuo iungitur.
θηραρχία. ας. ἡ. constitutio feraria.
θήραρχος. ϐ. ὁ. qui præest duobus elephantis.
θηρατέον. uenandum est.
θηρατής. οῦ. ὁ. uenator.
θήρατρον. rete & artificium aucupium q̃, res qua uenatur.

θηράω. μ. άσω. ϖ. ακα. uenor, quæro, inuenio, machinor, ζητῶ, εὑρῶ, μηχανάομαι. neutrum, accusatiuo iungitur.
θήρεμα. απ. τὸ. καὶ
θήρευμα. απ. τὸ. uenatio, indago, id est, uenatorum inquisitio.
θηρεύομαι. καὶ
θηρεύω. μ. εύσω. ϖ. ευκα. uenor, capto, propriè feras insector. accusatiuo iungitur.
θηρεύσιμος. ου. ὁ. καὶ
θηρευτικός. οῦ. ὁ. uenatorius. θηρευτικοὶ dicũtur canes quorũ opera in uenatu utimur.
θήρημα. απ. τὸ. uenatio.
θηρητήρ. ῆρος. ὁ. uenator.
θηρήτωρ. ορος. ὁ. idem.
θηρία. ας. ἡ. tibia ex hinnulorum ossibus, forinsecus ære obducta, qua utebantur Thebani.
θηριακά. τὰ. theriaca, medicamenta uenenatorum animalium: medica compositio ex uipera ad ferarum morsus. Dicuntur autẽ theriaca, ἀπὸ τῶν θηρίων, id est, à feris, uel quarũ uenenis aduersantur, uel quæ in ea compositione admiscentur: non autem à Tyro, quę species est serpentis Arabum lingua, non alia à uipera, quum antea ex Aegypto tantum Tyrus adueheretur. authore Nicolao Leoniceno.
θηριάλωτον. ϐ. ὁ. bestialis, à bestia captus.
θηρίκλειον. uitreum poculum, ab inuentore Thericle dictum.
θηρίκλειος. ου. ὁ. Thericlius à loco.
θηριομαχέω. μ. ήσω. ϖ. ηκα. cum bestijs pugno. neutrum absolutum.
θηρίον. ϐ. τὸ. bestia, fera. Est propriè uenenata bestia, ut uipera.
θηριόομαι. ferocio, uermiculor, hoc est, cum enatis uermiculis & bestiolis segetes & arbores infestant. Dicitur etiã σκωληκοῦσθαι.
θήριος. ου. ὁ. ferinus.
θηριοτρόφιον. τὸ. uiuarium.
θηριώδης. εος. ὁ. ἡ. ferinus, bestialis, immanis, efferatus.
θηριωδία. ας. ἡ. feritas.
θηριωδῶς. bestialiter, fere.
θηρίωμα. τὸ. genus hulceris teterrimi, quod idem esse cum carcinomate opinantur.
θηρόβρωτον. à feris deuoratus.
θηρονόμος. ου. ὁ. καὶ
θηροτρόφος. ϐ. ὁ. ἡ. feras nutriens.

Θ Η Σ. Θ Η Τ.

θής. ητός. ὁ. debitor, mercenarius, quod datur

pro debito in pignus. Dicitur etiam seruus apud Athenienses.

Θησαυρίζομαι. μὴ

Θησαυρίζω. μ. ίσω. τ. ικα. colligo, recondo, repono in depositio, in thesaurum congrego. actiuum, accusatiuo iungitur.

Θησαυρισικὰ τῆς τροφῆς, quæ ingenio recõdendi cibi dotata sunt.

Θησαυριστής. οῦ. ὁ. μὴ

Θησαυρισικός. οῦ. ὁ. καὶ

Θησαυροποιός. οῦ. ὁ. collector thesauri, auarus.

Θησαυρός. οῦ. ὁ. thesaurus, diuitiæ recõditæ in longũ tempus. Gazam Persæ appellant.

Θησῆα. festa in honorẽ Thesei, in quibus populo dabatur congiarium.

Θησεῖον. ε. τὸ. templũ sacrũ Theseo, & Asylum, quod dicatũ erat ad tumulum eius.

Θησειότριψ. uersans in templo Thesei: nam erat Asyli loco θησεῖον.

Θύννα, siue θράανα μὴ θράττα, piscículus est marinus, quẽ Dorotheus Ascolonius thessam, ut Athenęus, uocabat, minus castigatè.

Θητεία. ας. ἡ. seruitus, merces, famulatus, clientela, cultus.

Θῆτες. inter populi Athenienſis classes tertiũ tenebant ordinem, qui ad magistratus non admittebantur quidem, à iudicijs tamen & concionibus non reijciebantur: ut non deesset omnino, unde ali possent.

Θητεύω. μ. εύσω. τ. ευκα. pro mercede seruio, mercenariam rem ago, mercenarius sum & βάναυσος, mercenariam operam loco.

Θητικόν. τὸ. quarta erat classis populi Atheniensis, quę mercenariorum ordinem complectitur: hæc à magistratibus submouebatur. Vide Annot. Budæi in Pand.

Θητικός. οῦ. ὁ. seruilis.

Θῆττα. ης. ἡ. paupercula, & mercenaria, indotata, relicta à patre, cui dos à uicinis præbetur.

Θητώνιον. τὸ. precium quod datur mercenarijs: τὸ τοῖς μισθωτοῖς διδόμενον, Suid.

Τὸ Θ μεῖζ. τῶ Ι.

Θίασμος. ου. ὁ. conuiuium, cœtus. Proprie chorus & cœtus, qui congregatus est in honorem alicuius dei.

Θίασος. ου. ὁ. conuiuiũ, ad quod quisq; de suo aliquid offert, ὁ ἔρανος. Item multitudo rei diuinæ causa collecta. Pompa quoq; quæ Dionysium comitabatur: & quæuis multitudo siue saltantium, siue aliud quiduis agentium.

Θιασώτης. ε. ὁ. socius in chorea. Aristoph. ranis: ἐλθὲ τόνδ' ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων ὁσίους ἐς θιασώτας. Significat etiam conuiuam.

Θιγγάνω. ἅπτομαι, θίγω.

Θίγομ pro θίγε, tange.

Θίγω. μ. ίξω. τ. ιχα. tango. actiuũ, actõ iungit.

Θίν. νός. ὁ. littus, cumulus arenæ, pro robore corporis accipitur, aceruus.

Θίς. ινός. ὁ. idem.

Θινώδης. εος. ὁ. ἡ. littoreus, ferus.

Θίξις. ιος. ἡ. tactus.

Θισίτης. conuiua.

Τὸ Θ μεῖζ. τῶ Λ.

Θλᾶσθαι. contundi, infringi.

Θλασίας. ε. ὁ. qui habet testiculos attritos, qui & Latinè thlasias dicitur, licet thasias corrupto uocabulo legatur ff. de uerb. sig. l. spadonum.

Θλᾶσις. ιος. ἡ. contusio, auriũ morbus quidã.

Θλάσπι. ης. ἡ. herba, à quibusdam sinapi Persicum, ab alijs pes gallinaceus dicitur.

Θλάω. μ. άσω. τ. ακα. frango. acti. actõ iungit.

Θλίβω. μ. ίψω. τ. ιφα. tribulo, frango, premo, stringo, in angustum redigo, opprimo. actiuum, accusatiuo iungitur.

Θλίψις. ιος. ἡ. tribulatio, anxietas.

Τὸ Θ μεῖζ. τῶ Ν.

Θνήσκω. μ. κ̓ξομαι. uel θανοῦμαι. τ. τέθνηκα. aoristus secundus ἔθανον, morior. Accipitur etiã in re inanimata pro perijt, neutrum absolutũ. Differt ab ἀποθνήσκω.

Θνησιμαῖον. ου. τὸ. morticinium.

Θνητός. οῦ. ὁ. mortalis.

Τὸ Θ μεῖζ. τῶ Ο.

Θοάζω. curro, insanio, interficio, festino, terreo, erro, fingo more figuli, numine afflatus sum, finio, absoluo, lætor, tripudio, choreas duco: τρέχω, μαίνομαι, σπεύδω, κτείνω, σπεύδω, ταράττω, καθημι, χορεύω, ἀνύω, ἥδομαι, τελῶ, πλανάττω, φοβέομαι, πλανάομαι, θεοφορέομαι, Hesych.

Θοάω. μ. άσω. τ. ακα. incito, sedeo, moueor.

Θόες. οἱ. animalia sunt ex hyæna & lupo prognata. Thoës etiam Latinis dicuntur. Plinius li. viij. cap. xxxiij. Mutat colores Scytharum tarandus, nec aliud ex ijs, quæ pilo uestiuntur, nisi in Indis Lycaon, cui iubata traditur ceruix. Nam Thoës, luporum id genus est, procerius longitudine, breuitate crurũ dissimile, uelox saltu, uenatu uiuens, innocuum homini, habitum, non colorem mutat. Per hyemes hirti, æstate nudi.

Θοηές.

θορυβώδης. εος. ὁ. ἡ. obturbatus.
θόλωσις. ιος. ἡ. turbulentia.
θοός. οῦ. ὁ. uelox, tenebrosus, fortis.
θορευτής. οῦ. ὁ. qui facit uiam, præuius.
θορέω. μ. ήσω. τ. κα. salio, terreor aliquo rumore, curro, impetu insilio.
θορνύομαι. libidine agitor, coëo.
θορός. οῦ. ὁ. semen genitale.
θορυβέω. μ. ήσω. τ. κα. tumultuor. Accipitur pro in tumultu esse, & tumultum decernere, concitare & tumultum, cum accusatiuo. neutrum absolutum.
θορυβοποιέω. tumultus cieo, panicis moueor.
θορυβοποιός. οῦ. ὁ. seditiosus.
θόρυβος. ου. ὁ. tumultus. Hinc τυρβή.
θορυβοῦμαι. tumultuor.
θορυβώδης. εος. ὁ. ἡ. tumultuosus.
θορυβωδῶς. tumultuose, raptim, indiscretè.
θορυκά. τὰ. conceptacula seminis genitalis.
θορύμβοι. οἱ. in Venerem concitati.
θόρω. θορέω.
θουρία. ας. ἡ. locus in Sicilia, optimos uates creans, unde θουριομάντεις.
θουρικός. οῦ. ὁ. impetuosus, potens, agilis, uiolentus, furiosus, strenuus.
θούριος. ου. ἡ. impetuosus, epitheton Martis apud Homerum.
θουρίς. ίδος. ἡ. strenua.
θοῦρος. ου. ὁ. impetuosus, exiliens.

θοώκος. ου. ὁ. pro θῶκος.

Τὸ Θ μεθ' τὸ Ρ.

Θρανύεσθαι. extendi: nam θράνον ligni genus est, in quo pelles extenduntur. Aristoph. equitib. ἡ βύρσα σου θρανύσεται.
θρανίδιον. τὸ. uehiculi, siue currus species: ἅρδους δίφρου, Suid.
θρανίον. ου. τὸ. scabellum, transtrum, subsellium.
θρανίτης. ου. ὁ. remex, sessor.
θρᾶνος. εος. τὸ. sedes.
θραπίς. carduelis, auis alia ab acanthide, cũ nonnulli eandem putent esse.
θρασίως. audacter.
θρασκίας. ου. ὁ. Thrascias uentus qui à quibusdam cæcias esse creditur.
θράσος. εος. τὸ. temeritas, audacia, ferocitas.
θρασυκάρδιος. α. ὁ. duri cordis.
θρασυμίνων. ωνος. ὁ. promptus, audax.
θρασύνομαι. animo uel animor, audeo, rem aggredior, insolesco.
θρασύς. ύος. ὁ. temerarius, alacris, securus.
θρασυστομεῖν. audacter & liberè loqui.
θρασύστομος. ος. ὁ. liberæ & temerariæ linguæ.
θρασύτης. ητος. ἡ. temeritas, rebellio, cõtumacia, audacia.
θρασύχειρ. audax, manu promptus.
θράτται. Tressæ, mulieres in Thracia, pisces thrassæ.
θράττω. μ. άξω. τ. αχα. turbo. actiuum, accusatiuo iungitur.
θραυπίς. ίδος. ἡ. carduelis, θραπίς.
θραῦσις. ιος. ἡ. fractio, quassatio.
θραῦσμα. τὸ. fragmentum, frustum.
θραυστός. οῦ. fragilis.
θραύω. μ. σω. τ. αυκα. frango, quasso, uulnero. actiuum, accusatiuo iungitur.

Θ P E. Θ P H.

θρέμμα. ατος. τὸ. pecus, nutrimentũ, alumnus.
θρέξασκον. currebant.
θρεξίσκω. in circulo curro, tripudio.
θρεπτήριος. dicitur capillus in honorem deorum resectus. Vide Cœlium libro iiij. capite xxiij.
θρεπτικός. οῦ. ὁ. alendi uim habens.
θρίπτρον. ος. τὸ. præmium datum nutrienti. Homerus Iliad. ρ'. οὐδὲ τοκεύσι θρίπτρα φίλοις ἀπέδωκε.
θρίπτρια. ας. ἡ. nutrix.
θρεττανιτλώ. uox cytharæ. indeclinabile.
θρήικη. ης. ἡ. Thrace.
θρήικοθεν. ex Thracia.

θρηνέω. μ. ήσω. σ. ηκα. lamentor, lugeo. neutrum, accusatiuo iungitur. Matth. x. ἐθρηνήσαμεν, ludibria cecinimus.

θρῆνος. οῦ. ὁ. lamentatio, fletus.

θρῆνυς. υος. ἡ. transtrum, scabellum.

θρηνώδης. εος. ὁ. ἡ. flebilis, lamentabilis.

θρηνῳδία. ας. ἡ. cantus lugubris.

θρησκεία. ας. ἡ. religio, ceremoniæ, obseruantia, ueneratio, celebritas, funebre carmen.

θρησκεύω. μ. εύσω. σ. ευκα. celebro, seruio deo. accusatiuo iungitur.

θρῆσκος. ον. ὁ. religiosus, generosus.

Θ Ρ Ι.

θρία. τὰ. ficulna folia.

θριάζω. folia fici arboris colligo, numine afflor.

θριαί. ὰι. calculi quos sortilegi in urnam mittunt diuinantes. unde

θριαμβευτής. οῦ. ὁ. triumphator.

θριαμβεύομαι. uulgo.

θριαμβεύω. μ. εύσω. σ. ευκα. triumpho. actiuũ, accusatiuo iungitur.

θριαμβικός. οῦ. ὁ. insignis triumpho.

θρίαμβος. ου. ὁ. triumphus.

θρίγγος. ου. ὁ. σεφάνη, περίφραγμα.

θριγγίον. idem, & ædium fastigium.

θρίγκος. ὅσὰ τοξικῆς τῶν οἰκείων τὸ ἀνώτατον. sepimentum, uallum, uertex, eminentia.

θρίγκωσις. ἡ. loricatio.

θριδάκη. ης. ἡ. ἡ

θριδακίνη. ης. ἡ. lactuca.

θριδακώδης. εος. ὁ. ἡ. naturam lactucæ imitans.

θρινάκη. ης. ἡ. ἡ

θρίναξ. ακος. ὁ. uentilabrum, tridens.

θριοβόλος. σ. ὁ. qui thrias in urnam diuinam iacit, sortilegus.

θρίον. σ. τὸ. foliũ ficus, & genus eduliũ apud Athenienses, ex lacte & adipe suillo & semidalide, quod in fici foliis coquebatur. Aristophan. Acharn. θρίον παρίχους οἵσι σα προῦ δεῦρό μοι.

θρίξ. τριχός. τᾶις. τριξί. ἡ. capillus, pilus, uillus.

θρῖπες. οἱ. uermiculi sunt, ut cossi, ut tineæ & teredines. In singulari θρίψ.

θριπιδόεσα τον. σ. τὸ. corruptum, erosum, exesum propriè à teredinibus.

θριπόδητος. erosus à uermibus: ut θριπόδητοι εἶναι apud Theophrastum, radices à uermibus exesæ.

θρίσα. ης. ἡ. alosa piscis, ut uertit Theod.

θριχίασις. ις. eruptio pilorum præter natu-

rãm in ordine palpebræ ex reumate procedens.

θρίψ. ῖπος. ὁ. uermiculus qui lignis innascitur, teredo.

Θ Ρ Ο.

θροέω. μ. ήσω. σ. ηκα. turbo, dico, accino, ædo. actiuum, accusatiuo iungitur.

θροηθείς. ντος. ὁ. externatus.

θρομβεῖσθαι. in grumos concrescere.

θρόμβος. ου. ὁ. gutta, fragmentum, grumus. Et cõcreti sanguinis partes dicuntur θρόμβοι.

θρομβώδης. εος. ὁ. ἡ. turbulentus.

θρόνον. ου. τὸ. pigmentum, uenenum, flos. Cyprij uocant θρόνα uestes floridas & uariegatas insigniter. Thessali animalia uarietate distincta maculosáq. Aetoli θρόνα dicunt τὰ φάρμακα. Theocrit. θέσυλι νῦν λεβοῖσα τὺ τὰ θρόνα ταῦθ' ὑπόμαξον. Homerus rosas hoc intellexit uocabulo, παρὰ τὸ ἄνθειν ἐκ τῆς γῆς.

θρονοποίκιλα. τὰ. pigmenta uaria.

θρόνος. σ. ὁ. solium, sedes, sella.

θρόος. ου. ὁ. rumor.

Θ Ρ Υ. Θ Ρ Ω.

θρυαλλίζω. susurro, ψιθυρίζω.

θρυαλλίς. ίδος. ἡ. herba ex qua fiunt papyri lucernarum, uel funalium, ipsa papyrus lucernarum & funalium, ellychnium, focus, radius, fauilla, lucerna.

θρύϊνος. ον. ὁ. iunceus.

θρυλέω. καὶ

θρυλλέω. μ. ήσω. σ. ηκα. diuulgo, turbo, uulgo, per rumorem iacto, opto. actiuum, accusatiuo iungitur.

θρυλλίζω. tero. accusatiuo iungitur.

θρυλλόμυον. τὸ. rumor, & celebratũ uulgoq; iactatum.

θρύλλος. ου. ὁ. rumor.

θρύον. ου. τὸ. iuncus, ulua.

θρύορος. ὁ. uessicariæ herbæ species.

θρυπτικός. οῦ. ὁ. delicatus.

θρύπτομαι. μ. ύψομαι. σ. υμμαι. καλλωπίζομαι, delicior, delicias facio, nugis ago. Interdum cum accusatiuo iungitur, mediante περί: interdum cum datiuo.

θρύπτω. μ. ύψω. σ. υφα. in minutas partes seco, frango, mollio, facio delicatum, illudo, ludo. actiuum, accusatiuo iungitur.

θρυσία. portæ quæ nunc διπυλον nominant. Plutarch. in Pericle.

θρύψις. ιος. ἡ. deliciæ, βλακεία.

θρώσκω. salio, curro, cado, facio ferre uterũ.

θρωσμός.

θρωσμός. οῦ. ὁ. locus eminens.
θρώσκω. genero, timeo: γεννῶ, φοβέομαι.

Τὸ Θ μετὰ τὸ Υ.

Θύα. arbor, alio nomine trogete uocata: huius mentionem fecit Plinius libro xiij. reijciens sententiam illorum qui odoramentum absolutè apud Homerum intelligunt.
θυάπαξ. ὁ. sacrilegus, ἱερόσυλος.
θυάς. άδος. ἡ. Baccha, Thyas, sacrificula Bacchi.
θυγάτηρ. έρος. ἡ. filia. Histor. lib. vi. Aristot. θυγατέρας puellas filiarum equarũ intelligit.
θυγατριδ(ί)ῆς. ἡ. neptis ex filia.
θυγατριδόος. ὁ. nepos ex filia.
θυγάτριον. ου. τὸ. filiola.
θύεια. ας. ἡ. mortarium.
θυείδιον. ὁ. τὸ. mortariolum.
θύελλα. ης. ἡ. turbo, procella.

Θ Υ Η. Θ Υ Ι. Θ Υ Λ.

θυήας. έντων. ὁ. sacratus.
θυηλάσασθαι. sacrificare.
θυηλή. ῆς. ἡ. sacrificiũ, primitia, arcula in qua odoramenta reconduntur.
θυηπολέω. μ. ήσω. ω. ηκα. uerto per sacrificiũ.
θυηπολία. ας. ἡ. operatio in sacris.
θυηπόλιον. ου. τὸ. sacrificium.
θυηπόλος. sacerdos qui circa sacrificium uersatur.
θυϊάδες. quæ & θυίαι uocantur à Strabone, à θυία dictæ quæ prima liberi patris innata sit orgijs authore Pausa. Plutarchus in claris: θυϊάδες εἰσὶ αἱ περὶ τὸν διόνυσον γυναῖκες.
θυΐτης. ου. lapis.
θυλάκιον. ηὶ
θυλακίσκος. loculus.
θυλακίτις. ἡ. montana nardus.
θύλακος. ου. ὁ. uas ad panem ferendum, culeus.
θυλακώδης. εος. ὁ. habens formam folliculi.
θύλαξ. κος. ὁ. sacculus, capsa, arca.
θυλήματα. τὰ. farinæ uino & oleo mixtæ in sacrificium.

Θ Υ Μ.

Θῦμα. ατος. τὸ. sacrificium, uictima.
θυμαίνω. μ. ανῶ. irascor. neutrum absolutum.
θυμάλγια ἔπεα. uerba molesta.
θυμάλωψ. οπος. ὁ. scintilla, carbo, titio. Aristophan. Achar. οἷος αὖ μέλας τὶς ὑμῖν θυμάλωψ ἐπῆλθεν. ubi quidam θαυμάλωψ legunt.
θυμαρής. ἐος. ὁ. ἡ. placidus, gratus.
θύματα. τὰ. ludibria, sacrificia.

θύμβρα. ας. ἡ. satureia.
θυμβρεπίδειπνος. ὁ. ἡ. frugalis, facilis in uictu. Aristoph. nebul. καὶ τρυσιβίου γαστρὸς καὶ θυμβρεπιδείπνου.
θυμβροφάγος. ου. ὁ. qui thymbra uictitat, qui paruo contentus, lætè & securè uitam agit.
θυμέλαια. ας. ἡ. thymelæa frutex.
θυμέλη. ης. ἡ. pulpitum, scæna, ara.
θυμελικός. οῦ. ὁ. citharœdus, citharista, lyrista, tibicen, & Latinè etiam Thymelicus, licet de con. d. q. non oportet, themelici, corrupto uocabulo legatur.
θυμέομαι. μ. ήσομαι. ω. ημαι. irascor. deponens.
θυμηδία. ας. ἡ. animæ uoluptas, animi delectatio.
θυμήνας. ὁ. iratus, χολωθείς.
θυμήρης. εος. ὁ. ἡ. placitus, gratus.
θυμήτιον. τὸ. uile sacrificium, parua uictima: μικρὸν θῦμα, καὶ εὐτελές.
θυμίαμα. ατος. τὸ. uaporatio, incensum, suffitus, suffimentum.
θυμιατήριον. ὁ. τὸ. thurribulum, acerra.
θυμιάω. μ. άσω. ω. ακα. euaporo, adoleo, suffio.
θυμικόν. οῦ. τὸ. animę pars, id est, animositas.
θυμικός. ὁ θυμοειδής, iracundus.
θυμίτης οἶνος. ex thymo uinum confectum.
θυμοβόρος. ὁ. ὁ. animum uorans.
θυμοειδής. ἐος. ὁ. ἡ. ferox, acri iracundia præditus, iracundus, fortis & animosus, turbidus.
θυμολέων. οντος. ὁ. animum leonis habens, uirilis.
θυμομαχέω. animosè & ad internitionẽ usq; dimico. Est etiam animo bellum agito.
θύμον. ου. τὸ. cunila.
θυμόομαι. μ. ώσομαι. ω. ωμαι. iascor, deponẽs, datiuo iungitur.
θυμορραιστής. οῦ. ὁ. animum destruens.
θύμος. ου. ὁ. cepa agrestis, porrum: quanquã in hoc dissentiant Plinius & Dioscor.
θυμός. οῦ. ὁ. animus, animi præsidentia confidentiaq;, animus uehemẽs, quos animos Latini uocant. Cui ἀθυμία opponitur. Xenoph. τὸν θυμὸν in equo esse dicit, quod ὀργὴν in homine. Θυμός ea pars animi est, quam Plato ponit in præcordijs, & obstrepit rationi, cui sedem tribuit in cerebro. Porrò nõ significat absolutè iram, sed perturbationem illam, quando sanguis circa cor incipit ebullire. κότον uerò est magis iam adulta: ὀργὴ quæ iam cupit erumpere in uindictam. A θύω quod aliquando furor signi-

ror significat. Item furor, ira, excandescentia, ferocitas, impetus animi efferuescentis, desyderium. Apud medicos nomen hulceris siue uerrucæ, Aegyptiæ fabæ magnitudine, accedens ad colorem thymi.

θυμόσοφος. sapiens.

θυμόσοφον θήριον. humanę intelligentiæ partem habens.

θυμοφθόρος. ου. ὁ. pernicioſus.

θυμώδης. εος. ὁ. animoſus, ὁ θυμοειδής.

θύμωσις. ιος. ὁ. excandeſcentia.

Θ Υ Ν. Θ Υ Ο.

θυννάζειν. καὶ

θυννίζειν. pungere, imponere, lancinare, configere.

θυννεῖον. ε. τὸ. ſacrum quo piſcatores Neptuno thynnum immolabant, in ſpem felicioris capturæ.

θύννος. ου. ὁ. thunnus, nomen piſcis prægrandis.

θυννοσκοπία. accipitur pro accurata & incõmuenti obſeruatione.

θυννοσκοπῶ. thunnos capto, obſeruoq. Ariſtopha. ἱππεῦσι: κἀπὸ τῶν πέτρων ἄνωθεν τοὺς φόρους θυννοσκοπῶν, id eſt, peruigili ſpeculatione obſeruans.

θύνω. μ. υνῶ. ὁρμάω, propero, curro, propello. neutrum abſolutum.

θυόεις. όεντος. ὁ. odorifer.

θύον. ου. τὸ. herba odorifera.

θύος. εος. τὸ. ſacrificium, incantatio.

θυοσκόπος. ε. ὁ. aruſpex, uates qui futura prædicit ex inſpectione extorum, aut ex ſacris accenſis.

θυόω. μ. ώσω. ω. ωκα. facio odorem.

Θ Υ Ρ.

θύρα. ας. ἡ. ianua.

θύραζε. foras.

θύραθεν. è foris.

θυραία. ας. ἡ. externa, & ianua inter duas ædes.

θυραῖος. ου. ὁ. externus, extraneus, abſens.

θυραυλεῖν. domum cuſtodire, oſtiatim canere, in caſtris & ſtatiuis permanere, urbem non ingredi, nec ſub tecto eſſe, licet autem αὐλίζεσθαι uoce paſſiua dicatur, tamen θυραυλεῖν actiua uoce effertur.

θυραυλία. ας. ἡ. uita agreſtis.

θυραυλικός. ὁ ὑπαίθριος, ut θυραυλικὸν ἔργον dicitur, quod ſub dio fit.

θυραυλοῦν. excubare.

θυρεανάω. iudico.

θυρεός. οῦ. ὁ. ſcutum.

θυρεοφόρος. ου. ὁ. ſcutifer.

θυρεπανοίκτης. ε. ὁ. qui in quaſuis ædes impune ingreditur, quo nomine uocabatur Crates Thebanus, διὰ τὸ ἐπεισιέναι εἰς πάντα ᾧ ἐβούλετο οἶκον, ut ſcribit Laërtius in eius uita.

θύρετρον. ου. τὸ. porta, ueſtibulum.

θύρηφι. foris, foras.

θυρίον. ου. τὸ. portula, parua ianua.

θυρίς. ίδος. ἡ. feneſtra. θυρίδας. τὰς. plurali numero, foras ipſas. θυρίδα uerò ſingulari numero cauum illud hians ſignificari tradit Pollux.

θυροκοπήτης. καὶ

θυροκόπος. ου. ὁ. qui ianuam pulſat: ὁ τῶν θυρῶν κόπτων.

θυροποιία. ας. ἡ. ianuarum fabrica.

θύρσος. ε. ὁ. thyrſus haſta frondibus ueſtita, quo utebantur in ſacris Bacchi. Significat etiam caulem cuiuſq herbæ.

θυρώματα. τὰ. fores.

θυρών. ῶνος. τὸ. ueſtibulum.

θυρωρεῖον. ε. locus inter duas partes.

θυρωρός. οῦ. ὁ. ianitor. Inuenitur in fœminino genere, ut in Euangelio de ancilla oſtiaria.

θυρώσας. qui fabricauit portas.

Θ Υ Σ. Θ Υ Τ.

θυσανόεις. όεντος. ὁ. fimbriatus.

θύσανον. ου. τὸ. καὶ

θύσανος. ὁ. fimbria.

θυσάνωτος. ου. ὁ. fimbriatus.

θύσθλα. τὰ. alij ramos, alij thyrſos uocant, id eſt, ſacra Bacchica, alij omnia quæ ad initiationem faciunt.

θυσία. ας. ἡ. ſacrificium, hoſtia, uictima.

θυσιαστήριον. ου. τὸ. altare.

θύσιμος. ε. ὁ. ſacrificabilis.

θυσκόος. ου. ὁ. ſacerdos, uates.

θύτης. ου. ὁ. ſacerdos, uates, ſacrificus. Sues etiam dicti ſunt θύται à ſacrificio uſu.

θυτική. ῆς. ἡ. aruſpicina.

θύψαι. ſuccendiſſe, inflaſſe.

Θ Υ Ω.

θύω. μ. ύσω. ω. υκα. ſacrificio, macto, immolo, occido, impetum facio, excito, feſtino. Iungitur autē accuſatiuo cauſam ſacrificij ſignificante: ut θύειν γάμον, quaſi διὰ τὸν γάμον, propter nuptias ſacrificare. Neq; eũ tantum dicitur ὅστις μαντείας τὸ τὰ ἱερεῖα ἱποσκοπεῖν: frequentius tamen de ſacrificantibus, ut aruſpices cõſultant, dicitur. Xenophon: ἐγὼ

phon: ἐγὼ δὲ θύσομαι ὅσα τῇ ὁρμῇ. Plutarchus: ἔθυσε τῷ εὐφράτῃ διαβατήρια, pro transitu sacrificauit. Vide comment. Budæi.

θυώδης. εος. ὁ. ἡ. καὶ

θυώεις. ντος. ὁ. odoratus, bene olens.

θύωμα. ατος. τὸ. odoramentum.

θυωρεῖσθαι. commessari.

θυωρίτης. ου. ὁ. mensarius, argentarius.

θυωρός. οῦ. ὁ. mensa, propriè sacris usibus dicata, ab ὠρεῖν τὰ θύν.

θυῶτα. ἡ. præ libidine gestiens.

Τὸ Η μεῖζ. τοῦ Ω.

Θῶα, quid sit, Cœlius lib. xij. capi. lix. explicat his uerbis: Esse animal quod θῶα nuncupent, nõ ex Aristotele ac Plinio notissimum, sed astipulatur & Theocritus. Cęterum censeri id uel humanissimũ, præcipueq; homini amicũ, ac, ut dicunt Græci, φιλανθρωπότατον, non ita multi prodidere. Lectum tamen quandoq;, si fortè in hominẽ inciderit, reuereri, ac uelut obseruanter suspicere. Amplius si à feris alijs circumuentum senserit, tum uerò adcurrere protinus, opitulariq; pro uiribus.

θωή. ῆς. ἡ. ζημία, iactura, damnũ, multa, supplicium, pœna inobedientiæ, unde ἀθῶος.

θώθ. september apud Aegyptios.

θωΐπλω. μ. ξω. ω. ιχα. lacero, impetum facio.

θῶκος. ὁ. locus, sedes, concio.

θωμιγξ. γος. ὁ. ὁρμιὰ, funiculus.

θωμίζω. uincio funiculis, uinculis coërceo: Hesychius habet θωμίαω, quod est νύαω, δεσμέω.

θωμός. οῦ. ὁ. σωρός, cumulus aristarum.

θώνιον. ου. τὸ. ἑῆκος.

θῶος. ου. ὁ. fons.

θωπεία. ας. ἡ. adulatio, blanditia.

Θώπευμα. ατος. τὸ. idem.

θωπευμάτιον. ου. τὸ. assentatiuncula. Aristophanes equitib. ὡς ἀπὸ μικρῶν εὐνους αὐτῷ θωπευμάτιων γενέσθαι.

θωπεύω. μ. εύσω. ω. ευκα. colo, adulor, assentior, morem gero. accus. iungitur.

Θωπικός. οῦ. ὁ. assentatorius.

θωράκια. τὰ. propugnacula.

θωρακίζω. armo, thoracẽ induo. apud Thucydidem θωρακισμένος.

θωρακοποιός. οῦ. armorum faber.

θωρακοφόρος. ου. ὁ. thorace armatus.

θώραξ. ακος. ὁ. pectus, thorax. Est ea pars corporis quæ complectitur humeros, pectus, & scapulas usq; ad præcordia. Capitur autem pro ueste quæ illas parteis tegit & munit. Est etiam mons prope Atheneum urbem, uicinam Libybus Hesperijs, in planicie sitam, in quo fama est, Daphiton grammaticum, cruci affixum, quòd maledico carmine regeis incessiuisset: unde illud apud Græcos notum, φύλαττε τὸν θώρακα, Caue à thorace. author Strabo. Paulò diuersa his memorat Cicero in libro de fato, & Valerius Max.

Τὸ Ι μεῖζ. τοῦ Α.

θωρηκτής. οῦ. ὁ. armatus.

θωρηξις. ιος. ἡ. uini potio, quòd pectus arma reuideatur, & calefacere.

θωρήσσεσθαι. ebriũ fieri interdũ. Nican. Alex. ἐπαφρίτοντι ποτῷ φρένα θωρηχθέντων.

θωρήσσω. μ. ήξω. ω. ηχα. armo. actiuum, accusatiuo iungitur.

θῶς. ωός. λυκοπάνθηρος, genus lupi, animal mordax: Theodorus uertit lupũ ceruariũ.

θῶσθαι. conuiuari, Doricum est.

θωυκτήρ. ῆρος. ὁ. latrator, canis.

θωύσσω. latro, uociferor. Ad canes pertinet.

θώψ. ῶπός. ὁ. aaulator, assentator.

Τὸ Ι μεῖζ. τοῦ Α.

Ἰά. ᾶς. ἡ. uox, clamor, flos, una.

ἰάδω. dormio.

ἰαθμός. οῦ. ὁ. sonus, cubile, αὐθμός.

ἰαίνω. μ. ανῶ. lætifico, floreo. actiuum, accusatiuo iungitur.

ἰακχαγωγός. οῦ. ὁ. Bacchi misterijs initiatus.

ἰακχέω. μ. ήσω. ω. κκα. clamo. neut. absolutũ.

ἴακχος. ου. ὁ. Iacchus, Bacchus, & hymnus in eundem.

ἰακωλῖνος. isquilinus mons.

ἰαλεμῆσαι. lamentari, lugere.

ἰαλεμίζειν. complorare.

ἴαλεμος. cum spiritu aspero carmen est Apollini cani solitum: si tenui scribatur spiritu, genus lamentabilis cantionis. Narrant quidam ἴαλεμον Calliopes fuisse filium, in carmine ineptissimum, & frigidum. unde adagium, Ialemo frigidior. Vide adagiũ, Ialemo frigidior.

ἰαλεμώδη. τὰ. frigida, & nullius momenti: τὰ ψυχρὰ, καὶ οὐδενὸς ἄξια. Suid.

ἴαλλος. ου. ὁ. dicterium, scomma.

ἰάλλω. mitto, extendo.

ἴάλυσος. ου. Rhodi uicus fuit, quẽ Demetrius

rex incēdere uoluit, quòd in eo tabulas Protogenis haberi nouerat. Hermolaus Barbar. xxv. Plin.

ἴαμα. τὸ. medicamentum.

ἰαμβίζω. apud antiquos ὑβρίζω, proscindo, unde Iambus.

ἴαμβος. ε. ὁ. Iambus.

ἰαμβύκαι. organa sunt musica triangula quibus iambica canebāt. alij σαμβύκας uocāt, authore Suida.

ἴαμνος. ε. ὁ. locus compositus. Nican. Ther. σκιάεσσι χλοάζοντας ἰάμνους.

ἰάνθη. floruit, lætatus est.

ἰάνθινος. η. ὁ. uiolaceus: unde uiolantillam suam Papinius uocat ἰανθίδα.

ἰάνικλον. ε. τὸ. ianiculum.

ἰανθεμπλέκτης. ὁ. sertum uiolaceum, siue ex floribus quibuscunque. σύμμικτος ἴων φορῶν. Suid. ἰσοῖς ὅμοιος ἐπικωμάσμα. Hesych.

ἰαολκός. οῦ. ἡ. Iaolcus urbs Thessaliæ.

ἰάομαι. μ. ἀσομαι. ω. αμαι. medeor, sano, morbum profligo. deponens, accus. iungitur.

ἰαπετός. οῦ. ὁ. Iapetus.

ἰάπτω. μ. ἀψω. ω. αφα. maledico, incessio, conuicior, mitto cum detrimento, lædo. accusatiuo iungitur.

ἰαπυγία. ας. ἡ. Apulia.

ἰάπυξ. υγος. ὁ. Iapix uentus.

ἰαροπότης. ε. ὁ. homicida: ἀιμοπότης. Hesych.

ἴας. ἄδος. ἡ. lingua Ionica.

ἴασι, καὶ μετίασι, ab εἶμι καὶ μίτεμι.

ἴασι. mittunt Ionicè, pro ἴεισιν ab ἵημι.

ἰάσιμος. η. ὁ. ἡ. sanabilis, medicabilis.

ἴασις. ιος. ἡ. sanitas, medela.

ἴασος. ἄργος, argos, siue Peloponnesus, sic dicta ab Iaso.

ἰαῶπ. irasci, mordere: θυμοῦσθαι, δάκνειν.

ἰασί. Ionicè.

ἰαταταί. heu: exclamatio apud Aristophanē cuiusdam, qui à ciuibus exagitabatur.

ἰατός. οῦ. ὁ. curabilis.

ἰατρεία. ας. ἡ. medicatio. præmia quæ dātur medico.

ἰατρεῖον. ου. τὸ. officina medicorum, & præmium quod datur medico.

ἰατρεύομαι. μ. εὐσομαι. ω. ευμαι. medicus sum. deponens.

ἰατρία. ας. ἡ. medicina.

ἰατρική. ῆς. ἡ. ars medendi.

ἰατρικός. οῦ. ὁ. medicinalis.

ἰατροκώτατος. excellentissimus in medicina.

ἰατρολέπται. reunctores medicorum.

ἰατρόμ. ε. τὸ. præmium quod datur medico

ἰατρός. οῦ. ὁ. medicus, & pro digito medio, quem Latini quoq; medicum uocant.

ἰανίσκω. quiesco.

ἰανθμός. οῦ. ὁ. quietis locus, κοιμᾶθραι: ὅπου ἡ κτήνη αὐλίζεται, καὶ κοίτη, καὶ ὕπνος. Hesych.

ἴανος. ε. ὁ. cubile.

ἰαύω. μ. αὐσω. ω. αυκα. uigilo, pernocto, dormio, quiesco, fruor quiete, percipio, διάγω, id est transigo.

ἰαφίτης. ε. correptor.

ἴαχε. resonabat, strepebat.

ἰαχή. ῆς. ἡ. clamor.

ἰάχημα. τὸ. uociferatio dionysiacorum.

ἰάχω. resono. neutrum absolutum.

Τὸ Ι μεῖζ. τῶ Β. καὶ Γ.

Ἴβηρ. ηρος. Iberus, & animal terrestre. Et Hispanus à fluuio Ibero.

ἰβηρία. ας. ἡ. Iberia, Hispania.

ἰβηρίς. nasturcium ab aliquibus dicitur.

ἴβις. ιδος. ἡ. Ibis, auis quæ serpentibus uescit.

ἴβυκος. ε. ὁ. Ibycus uiri nomen, unus ex nouem Lyricis.

ἰβύηχα. ης. ἡ. grauitas, seueritas morum: σεμνότης, ἢ σωρὸς ῥητῶν. Hesych.

ἰβύω. uerbero, clamo: τύπτω, βοάω.

ἴγδη. ης. ἡ. ὄλμος, id est pila.

ἰγδίον. ε. τὸ. θυείδιον.

ἰγνύα. ας. ἡ. καὶ

ἰγνύς. ύος. ὁ. poples.

ἰδυναγής. ὁ. uates, μάντις.

Τὸ Ι μεῖζ. τῶ Δ.

Ἴδαι. ἁι. loca densa arboribus.

ἰδαῖος. ε. ὁ. frigidus: ψυχρός, δάκτυλος, Suidas. adiectiuè uerò epitheton est Iouis, ἀπὸ ἴδης τοῦ ὄρους τρωϊκῆς. Item proprium nomē, καὶ τὸ δόρπον τοῦ ἱερέως τοῦ ἡφαίστου υἱοῦ. Hesych.

ἰδάλιμος. ε. ὁ. humidus.

ἰδέ. &, ut.

ἴδε. uide, uidit.

ἰδέα. ας. ἡ. figura, forma, aspectus, idea, id est originalis rerum species. Cicero ferè speciem interpretat: ἐν πολλαῖς ἰδέαις πολέμων, In uario genere bellorum. Forma dicendi apud Hermogenem.

ἴδεν. uidit.

ἰδέσκω. aspicio.

ἴδη. ης. ἡ. Ida.

ἴδηθεν. ab Ida.

ἰδία. priuatim, secretò, diuisim, separatim, clàm, singulatim, priuatè. Cum genitiuo ponitur pro ἄνευ.

ἰδιάζοντα. τὰ. peculiaria.
ἰδιαίτερον. ſecretius.
ἰδιασής. οῦ. ὁ. qui agit uitam priuatam.
ἰδίσω. μ. ίσω. ϖ. ικα. exudo. Ariſto. lib. ἡ. ἵδισαν ἱδρῶτα αἱματώδη, exudarunt ſudore cruento.
ἰδιοβουλεύω. innitor meo conſilio.
ἰδιογνώμων. idem ferè quod αὐτογνώμων.
ἰδιοξενία. ας. ἡ. priuatum hoſpitium.
ἰδιόξενος. ου. ὁ. peculiaris hoſpes amici peregrini.
ἰδιοποιούμενος. ſibi uendicans, ſibi faciens.
ἴδιος. ου. ὁ. proprius, priuatus.
ἰδιόσολος. ου. ὁ. habens propriam claſſem.
ἰδιόσος. ου. priuata claſſis.
ἰδιοσυγκρισίαι. propria temperamenta.
ἰδιοσύστατος. ου. ὁ. propriam qui habet hypoſtaſin. Cyrill.
ἰδιοτεύω. μ. εύσω. ϖ. ευκα. ago uitam priuatā. neutrum abſolutum.
ἰδιοτεύων. ruſticus, paganus. Politian.
ἰδιότης. ητος. ἡ. proprietas.
ἰδιότροφα. quæ cibis ſui generis utuntur.
ἰδιόω. μ. ώσω. ϖ. ωκα. approprio.
ἱδρῶ. ſudo, laboro.
ἴδιωμα. ατος. τὸ. idioma, proprietas linguæ.
ἰδίως. ſolitariè, ſeorſum, priuatim: ἰδιικῶς, καταμόνας, χωρίς.
ἰδιώτης. ου. ὁ. priuatus, inſcius, plebeius, rudis, gregarius, qui non fungitur aliquo officio publico.
ἰδιωτικός. οῦ. ὁ. priuatus, uulgaris.
ἰδιώτις. ιδος. ἡ. priuata.
ἴδμεν. ſcimus, ἀπὸ τῦ εἴδω, ἀντὶ τῦ ἴδαμεν, frequens apud Homerum.
ἴδμεναι. ſcire.
ἰδμοσύνη. ης. ἡ. ſcientia.
ἱδρύω. μ. ύσω. ϖ. υκα. reuoluo, torqueo, flecto. act. accuſatiuo iungitur.
ἱδρώς. ἱδρῶτος. ὁ. ſudor.
ἰδού. ecce.
ἰδοῦ. uide.
ἰδουβοί. οἱ. genus tibiæ.
ἰδρεία. ας. ἡ. peritia.
ἰδρείς. ιος. ὁ. ſciens. cum genitiuo apud Sophoclem.
ἱδρόω. μ. ώσω. ϖ. ωκα. ſudo. neut. abſolutum.
ἵδρυμα. ατος. τὸ. ſtatua.
ἵδρυμαι. ſto, firmo, ædifico quodcunque ſacrum, caſtrametor, ſedeo, quieſco, maneo, & firmor apud Herodia.
ἱδρυμι. καὶ

ἱδρύω. ſedeo, firmo.
ἱδρύομαι. μ. ύσομαι. ϖ. υσμαι. ædifico quodcunque ſacellum, caſtrametor, ſtatuo, conſtituo, colloco, impono, pono. Herodia. τὸν μὲν οὖν ἀνδριάντα, μετὰ τῶν ἐκείνου τελευτῶν καθελοῦσα ἡ σύγκλητος, ἐλευτερίας εἰκόνα ἱδρύσατο, Sublata ſtatua, libertatis imaginē collocauit.
ἵδρυσις. ιος. ἡ. conſtitutio ſtatuæ, dedicatio.
ἱδρύω. μ. ύσω. ϖ. υκα. firmo, figo, ædifico, ſedeo, firmiter pono & ædifico. actiuum, accuſatiuo iungitur.
ἱδρῶ, ἀντὶ ἱδρῶτα. Homerus: ἱδρῶ ἀπεψύχοντο, ſudorem abſtergebant.
ἱδρῶα. τὰ. morbus ex ſudore.
ἱδρώς. ῶτος. ὁ. ſudor.

Τὸ Ι μιζᾶ τῶ Ε.

Ἴε. uade.
Ἴει. mittebat.
ἴειο. ſedebas.
Ἴεμαι. cupio, uolo, ὁρμῶ, προθυμοῦμαι καὶ ἐπείγομαι, id eſt contendo, gliſco, geſtio & feſtino, ferorq; Variè ſcribitur, exiſtimo tamē quum πορεύομαι ſignificat, ψιλωτέον εἶναι: aliàs autem δασυντέον. Legitur etiam uoce actiua pro οἶμι. Hæc Budæus. deponens, genitiuo iungitur.
ἱέμενοι. cupientes.
ἰέναι. ire.
ἰόμαι. rubigine inficior.

I E P.

ἱερά. τὰ. exta.
ἱερά. ᾶς. ἡ. epilepſia, lepra, maior anchora, tutiorq;, extremum nauis ſubſidium, ſacer ſerpens.
ἱερακίσκος. ου. ὁ. paruus accipiter.
Ἱέραξ. ακος. ὁ. accipiter, à quibuſdā miluus, & proprium nomen.
ἱεραρχέομαι. ſacro imperio, magiſtratu'que regor.
ἱεραρχέω. ſacro imperio fungor, ſacroq; magiſtratu & præfectura. Iungitur genitiuo.
ἱεραρχία, quid ſit docet Dionyſius in libro de eccleſi. hierarch. ὡς γὲ ἱεραρχίαν ὁ φήσας, ἁπάντων ὁμοῦ συλλήβδην ἔφη τῶν ἱερῶν τὴν διακόσμησιν, οὕτως ἱεράρχην ὁ λέγων, ὅπλοῖ τὸν ἔνθεόντε, καὶ θεῖον ἄνδρα, τὸν πάσης ἱερᾶς ἐπιστήμονα γνώσεως. Vide comment. Budæi.
ἱερᾶσθαι. ſacra facere.
ἱερατεία. ας. ἡ. καὶ
ἱεράτευμα. ατος. τὸ. καὶ
ἱεράτευμα. ατος. τὸ. ſacerdotiū, ἡ πρὸς τοὺς θεοὺς

ἐπιμέλεια, Authore Aristotele.

ἱερατεύομαι. καὶ

ἱερατεύω. μ. εύσω. π. ευκα. fungor sacerdotio. neutrum, datiuo iungitur.

ἱερατικός. οῦ. ὁ. sacratus.

ἱέρεια. ας. ἡ. sacerdos.

ἱερεῖον. ε. τὸ. uictima, hostia, auis.

ἱερεύς. έος. ὁ. sacerdos, augur uertitur à Plutarcho.

ἱερεύω. sacrifico, sacris operam do, sacris operor. Significat etiam sacro, dicoq;. macto apud Homerum.

ἱερήϊον. τὸ. uictima.

Ἶρις. ἰδος. cognomen Iridis apud ueteres Græcos. Vnde & Romani consecratricem uocauerunt.

ΙΕΡΟ.

ἱεροβοτάνη. uerbenaca herba.

ἱερόγλυφα γράμματα. τὰ. literæ sculptæ in rebus sacris apud Aegyptios, cum forma auium, siue animalium, quæ mysteria significant.

ἱερογλυφικά. sacra quædam monumenta apud Aegyptios: non literis uocabula, sed sculptis rerum animaliumq; figuris significantia. Budæus in Assem.

ἱεροδιδάσκαλος. ε. ὁ. qui sacra profitetur. Dionysius: ἱεροδιδασκάλους εἴτε ἱερωνύμους, εἴτε ἱεροφύλακας, εἴτε ὡς ἡμεῖς ἀξιοῦμεν λέγειν ἱεροφάντας.

ἱερόδουλος. ε. ὁ. æduuus. Est etiã seruus & ancilla consecrata, & sacræ seruituti mancipata: religiosos & religiosas uulgus appellat.

ἱεροκήρυξ. sacer præco, qui fauere linguis iubet, dum sacra peraguntur, aut qui aliud quippiam interrem sacram edicit.

ἱερολογέω. sacra uerba pronuncio, de rebus sacris loquor.

ἱερολογία. ea quæ in ecclesia recitantur, quasi sacri sermones.

ἱερομηνία. ας. ἡ. calendæ, & solennitas mensis, sacra primæ diei mensis siue nouilunij. Hæc quidam tribus continuis diebus, quidam uerò uno die agi contendunt. Plura Theodorus lib. de mensibus.

ἱερομνήμονες, & πυλάγορα, dicuntur qui ex urbibus Græciæ ad commune cõsilium Amphitryonicum mittebantur augures.

ἱερομύσης. qui sacros ritus inducit, ἄγιος, sacrorum præfectus: ἱερὰ μαντευόμενος, ἱερὰ μυστήρια εἰσηγούμενος.

ἱερονῖκαι. sacrorum certaminum uictores.

ἱερόνομοι. sacræ disciplinæ & institutionis magistri, & exactores. Bud. in Asse.

ἱεροποιέω. sacro, dico.

ἱεροποιός. magistratus Athenis, quasi sacrificulus. ἱεροποιοὶ autem sacra faciebant Eumenidibus præsidibus Areopagi.

ἱεροπρεπής. έος. ὁ. sacer, diuinus.

ἱερόν. οῦ. τὸ. sacrificium, sacellum, templũ.

ἱερός. οῦ. ὁ. sacer, magnus, diuinus. Apulei. morbum comitialem ait à Græcis ἱερὸν uocari, quòd in eo pars rationalis animæ tentatur, ac de statu perturbatur.

ἱεροσαλπιγκτής. tibicen in sacris, quanquàm melius ἱερὸς σαλπιγκτής diuisim, ut quædã felicius diuiduntur, nonnulla contrà festiuius composita, quàm soluta enunciãtur. Quod docet Demetrius Phalareus.

ἱεροσκόπος. ε. ὁ. aruspex.

ἱεροσόλοι. sunt, qui sacram diuinorum rationem ab omni expurgati superstitiõe animia uacanti q; sedulitate in anima gestant, perinde ac in capsula quadam.

ἱεροσυλέω. sacrilegio spolio.

ἱεροσυλία. ας. ἡ. sacrilegium, peculatus.

ἱερόσυλος. ε. ὁ. sacrilegus.

ἱεροσύνη. ης. ἡ. sacerdotium, sacrificium.

ἱεροτελεστής. ὁ. ἱεροφαντήσας, ὁ τελεσάρχης, quibus nominibus Dionysius seruatorem nostrum nuncupat.

ἱερουργέω. μ. ήσω. π. κα. sacra celebro, administro, sacris operam do, sacrifico, sacris operor. & fungor administratione sacrorũ. Herodian. τὰ ἱερουργηθέντα uictimas cæsas uocat. Item sacro, dicoq;. neut. absolutũ.

ἱερουργία. ας. ἡ. sacrificium.

ἱεροφάντης. ε. ὁ. demonstrator sacrorum, sacerdos, qui sacra & ceremonias docet. Erasmus in epistolas Hieronymi dicit non esse sacerdõtem ἱεροφάντην, sed rerum sacrarum custodiæ præfectum. Inde dictum, quòd sacra ostenderet: uel quòd ipse sacris uesceretur cibis. Latini æduuũ appellant. Accipitur tamen prõ sacrificio.

ἱεροφαντίαι. sacrorum ceremoniæ.

ἱεροφαντικός. sacerdotalis.

ἱεροφαντικῶς. more sacerdotum.

ἱεροφαντῶ. sacra doceo, mysteria perago, sacrificij munus obeo.

ἱεροφυλακεῖον. ε. τὸ. sacrarium.

ἱεροφύλαξ. ακος. ὁ. sacrarum rerum custos.

ΙΕΡΩ.

ἱερῶ. sacro, dico. Herodianus τῷ θεῷ ἱερώσειν pro

ρον pro ſacerdote dixit, & pro eo quod deo ſacrum eſt.

ἱερῶμαι. ſacerdos fio. Itē ſacerdotio fungor, iungiturq; genitiuo.

ἱερῶν καὶ ὁσίων μετεῖναι. omnia iura ciuitatis habere. Vide Budæum.

ἱερῶς. μιχαλῶς.

Ἱζάνη. ης. ἡ. ueſtis ex caprarū pellibus, qua utebantur Satyrici actores.

ἵζάνω. ſedeo, adſideo, adſum, ſido, peſſum eo, ſubſido.

ἵ'ζεο. ſedebas, ſede.

ἵ'ζομαι. ſedeo, ſido, ſubſido, peſſum eo.

ἵ'ζω. μ. ἱσω. ω. ικα. facio ſedere, conſtituo, ſido, peſſum eo, ſubſido. accuſ. iungitur.

ἵζῶ. μ. ἱζήσω. idem, in præſenti inuſitatum eſt.

Ἰή'. io: uox modò lætitiam, modò dolorem ſignificans.

ἰή. una, ſola.

ἴᾳ, pro ἴα, Ionicè.

ἰήϊον, uel ἰήϊαν. acclamatio eſt prouerbialis, qua conſueuimus uti regnauiter & feliciter geſta. Vide prouerb. Ἰὸ Pæan.

ἰήϊος. ᾱ. ὁ. medicabilis, Apollinis epitheton. Ariſtoph. ἰήϊε παιάν.

ἰήλλω. τὸ ἐπιβάλλω.

Ἰήλυσος. ᾱ. ὁ. urbs Rhodi.

ἵ'ημι. μ. ἥσω. ω. κα. mitto, iaculor. actiuū, accuſatiuo iungitur.

ἴηλος. ᾱ. ὁ. lamentabilis. unde apud Sophocl. οὐδὲ ἰήλων καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες. nam ſic appellant uoces quas præ dolore parturientes emittunt.

ΙΗΣΟΥΣ. ου. ὁ. Ieſus.

ἰητήρ. ῆρος. ὁ. medicus.

ἰήτωρ. ορος. ὁ. idem.

Ἰθαγενής. ἐος. ὁ. ἡ. natiuus, ingenuus, legitimè natus.

Ἰθάκη. ης. ἡ. Ithaca inſula.

Ἰθακήσιος. ᾱ. ὁ. Ithacenſis.

Ἰθεῖα. ἐκ τῆς ἰθείας: unde ἐκ τῆς ἰθείας, ingenuè, exprofeſſo, apertè.

Ἰθέως. rectè.

Ἴθι. ἴλθι, uade, pro age aduerb. hortantis.

Ἶθμα. τὸ. motus, greſſus, paſſus.

Ἴθος. ᾱ. ὁ. uox adhortantis clamore, & incitantis. Suidas ait prouerbialem uocem fuiſſe, quæ uelut inſtigator, hortatorq; foret aliis. Compoſitum apparet ex ἴθι & ὀρέω

incitare. Plutarchus ſcribit ἱππότορον concionem fuiſſe ad incitandas equas. Ex Chiliad. Eraſmi.

ἰθύ. obuiam, ſtatim, rectè.

ἰθύβολος. ᾱ. ὁ. directus.

ἰθυθήριον. ᾱ. τὸ. hæderam uocant.

ἰθυκτίων. rectè, uel obuiam iens.

ἰθυμοχία. ας. ἡ. legitima pugna.

ἴθυμβοι, οἱ. genus carminis & ſaltationis ridiculæ in honorem Liberi patris.

ἰθύντατον. ᾱ. ὁ. rectiſſimus.

ἰθύντειρα. ας. ἡ. rectrix.

ἰθύντωρ. ορος. ὁ. rector.

ἰθύνω. μ. υνῶ. ω. γκα. guberno, regno. actiuū, accuſatiuo iungitur.

ἰθυπτίων. ωνος. ὁ. rectè uolans.

ἰθύς. υος. ἡ. impetus, rectitudo.

ἰθύς. ία. ὁ. rectus, aduerſus.

ἰθύς, & ἰθύ. aduerbialiter rectà in, ſiue rectà ad

ἴθυσεν. perrexit.

ἰθυστής. οῦ. ὁ. rectificator.

ἰθύφαλλοι. οἱ. qui in ſacris Bacchi Phallum ſequebantur induti muliebre ueſte, ac Phalli cum ſeu Ithiphallicum carmen cum tripudijs canebant. Vide Cœliū lib. iiij. ca. xvi.

ἰθύω. ἰθυνῶ. interdum rectà aggredior.

Ἰθώμ. ciuitas Theſſaliæ.

Ἰκανοδοσία. ας. ἡ. ſatisdatio.

Ἱκανός. ᾱ. ὁ. multus, ſufficiens, ſatis, idoneus, appoſitus, accommodus. Ἐξ ἱκανοῦ, multo iam tempore.

Ἱκανότης. κτος. ἡ. ſufficientia.

Ἱκανόω. μ. ώσω. ω. ωκα. idoneum facio. actiuū, accuſatiuo iungitur. Paulus ad Col. τῷ πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὸν μερίδα.

Ἱκάνω. peruenio, aſſumo, accedo.

Ἱκανῶς. affatim, ſatis potenter, ſufficienter: δυνατῶς, ἀρκετῶς.

ἵκατι, uel εἵκατι, εἵκοσιν.

ἵκελος. ᾱ. ὁ. ſimilis.

Ἱκέσθην. uenerunt.

Ἱκεσία. ας. ἡ. καὶ

Ἱκετεία. ſupplicatio.

Ἱκέτευσα. ἡ. ſupplex.

Ἱκετεύω. μ. εύσω. ω. ευκα. ſupplico, obteſtor. neutrum, datiuo iungitur.

Ἱκετηρία. ας. ἡ. ſupplicatio, forma ſupplicandi, manus ſupplices, ramus oleæ lana obuolutus, quem ſupplicantes in manibus ferebant.

Ἱκτήριος. ᾱ. ὁ. ſupplex. Et per ſyncopē ἱκτήριος

Ἱκέτης. ϑ. ὁ. ſupplicator, ſupplex.

Ἱκετήσιος. ϑ. ὁ. deprecabilis. Hoc nomine appellabatur Iuppiter, quē offendi putabāt, ſi quis ſupplicem reĵceret.

Ἱκέτις. ιδος. ἡ. καὶ

Ἱκέτις. ιος. ſupplicatrix.

Ἱκμάλεος. ϑ. ὁ. humidus, uiridis.

Ἱκμάς. ἀδος. ἡ. humor, lachryma, uapor apud Homerum.

Ἱκμυος. ϑ. ὁ. faciens ire, concitans.

Ἱκμοβόλος. gleba humecta.

Ἱκνέομαι. μ. ἵξομαι. π. ἶγμαι. peruenio. aoriſtus medius ſecundus, ἱκόμην. deponens, genitiuo iungitur.

Ἱκνούμμον μέγεθος. τὸ. iuſta magnitudo. Sic dicimus ἱκνεμένην ἕξιν, id eſt iuſtam habitudinem, quam Plutarchus athleticā uocat. Vide annotat. Bud. in Pandect.

Ἰκνύς. ἡ. poples.

Ἰκόνιον. ϑ. Iconion, urbs Phrygiæ.

Ἵκοντο. uenerunt.

Ἱκριον. ϑ. τὸ. lignum, tabulatum, inſtrumentum quo cruciabantur martyres, inuenitur pro patibulo.

Ἱκριοποίγοι. qui circa forū tabulata cōpingūt.

Ἱκριόφιν. tabulatis.

Ἱκτᾶ. uenit.

Ἴκζαρ. propè, οὐδ' ἴκζαρ βάλλειν apud Platonem, pro longè à ſcopo iaculari.

Ἱκτεριᾶν. laborare ictero morbo, quem Varro regium, Celſus auruginem uocat.

Ἱκτερικός. οῦ. ὁ. arquatus.

Ἱκτερός. οῦ. ὁ. galbula auis, ut docet Plini. & morbus ex felle, regius morbus.

Ἰκτήριος, pro ἱκετήριος per ſyncopen.

Ἰκτίν. ῖνος. ὁ. καὶ

Ἴκτινος. ϑ. miluus.

Ἰκτίς. ίδος. ἡ. uiuerra, muſtella ſcilicet ruſtica.

Ἵκω. uenio.

Τὸ Ι μιζ῀ τῶ Λ.

Ἰλαδόν. omnino, uniuerſaliter, turmatim, uniuerſim, gregatim, cateruatim, quaſi κατ' ἴλας.

Ἴλαι. ᾶι. turmæ.

Ἵλαος. οῦ. ὁ. beneuolus, hilaris.

Ἱλαπινάζω. conuiuor, εὐωχοῦμαι.

Ἱλαπίνη. ης. ἡ. ſacrificium, feſtum, conuiuium, θυσία, ἑορτή, εὐωχία.

Ἱλάρεα. dies erat feſtus apud Aſſyrios, quo lætitiæ exordium celebrabatur ad octauū Kalen. Aprileis, quo die primum ſol diem longiorem nocte protendit.

Ἱλαρός. hilaris.

Ἱλαρότης. κτος. ἡ. hilaritas.

Ἱλαρύνω. μ. υνῶ. π. γκα. exhilaro, lætifico. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Ἱλάρχαι. οἱ. qui octo elephantis præfecti ſunt, hoc eſt thurmæ principes. Theod. Gaza.

Ἱλάρχας. ductor turmæ equeſtris.

Ἱλάρχης. ϑ. ὁ. turmarius.

Ἱλαρχία. ἡ. turmæ præfectura.

Ἴλας. armentum, grex, ordo, acies.

Ἱλάσκομαι. μ. άσομαι. placo, lito.

Ἱλάσκοντο. placabant.

Ἱλάσκω. deos benignos facio.

Ἱλασμός. οῦ. ὁ. propitiatio, manſuetudo, beneuolentia: εὐμένεια, πραότης, συγχώρησις, δι αλλαγή.

Ἱλαστήριον. ϑ. τὸ. propitiatorium, cooperturiū arcæ teſtamenti.

Ἱλαστήριος. ϑ. ὁ. propitiator.

Ἱλεῖδαναι. οἱ. nodi, uincula, δεσμοί.

Ἴλειον. gracile inteſtinum.

Ἴλεος. eſt inteſtini gracilioris morbus, ἀπὸ τῦ εἱλῶ, id eſt uertēdo. Voluulus Latinè dicit.

Ἵλεος. ϑ. ὁ. καὶ

Ἵλεως. ω. propitius.

Ἱλεωτήριον. τὸ ἱλαστήριον.

Ἴλη. ης. ἡ. ala, turma ſexaginta quatuor equtū.

Ἵλαθι. propitiare.

Ἱλιγγιάζω. μ. άσω. π. αγα. clamo.

Ἱλιγγιᾶν. uertigine uexari, uertigine laborare & affectum eſſe, & quod Cicero æſtuare dicit.

Ἴλιγγος. ϑ. ὁ. uertigo oculorum.

Ἴλιγξ. γγος. ὁ. nō ſolum eſt uertigo oculorum, ſed etiam uortex.

Ἱλισπώμενος. contractus.

Ἴλιον. τὸ. Ilium. Herodi. etiam in fœminino genere poſuit.

Ἱλλάς. άδος. ἡ. uinculum, funiculus. Item genus turdi, corpore minimo, aliacus lib. xvi. Plin. xlvi.

Ἴλλομαι. prohibeo, ſpolio.

Ἱλλοπῶ. ſtrabo ſum, cæcutio.

Ἱλλός. οῦ. ὁ. ſtrabus, uel cæcus, retortus.

Ἴλλος. ϑ. ὁ. lingua Ionica oculus, unde ἱλλαίνω, ſtrabus ſum, & σιλλαίνω oculos ridendo ſubinde moueo, ſubſanno. Vnde σιλλός maledicum poëmatis genus.

Ἴλλω. contineo.

Ἴλλων. ὁ. uadens. Nicand. Therm. οὐκ ἰθέων ἀτραπὸν ἴλλων.

Ἱλλώπειν. conniuere, hallucinari.

ἰλιγγιάω. cæcutire, lippire.
ἰλυόεις. όεντος. limosus.
ἰλύς. ύος. ἡ. limus, fex, cœnum, lutum. Habet etiam ἴλυος in genitiuo apud Herodianum.
ἰλυσπάομαι. inuoluor more anguillæ.
ἰλυώδης. εος. ὁ. ἡ. limosus.

Τὸ I μεζὰ τῦ M.

Ἱμᾶ. ατος. τὸ. lorum.
ἱμαδος. ου. ὁ. genus carminis.
ἱμάζω. loro uerbero.
ἱμαῖος. ου. ὁ. carmen quod cõcinnebant aquarum hauſtores. Callimachus: ἀείδετε καί που τὶς ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον.
ἱμαντίδιον. ου. τὸ. corrigiola.
ἱμαντώδης. εος. ὁ. ἡ. flexibilis in modum corrigiæ ſiue lori.
ἱμάντωσις. colligatio, conuinctio.
ἱμάς. άντος. ὁ. lorum, corrigia.
ἱμάσθλη. ης. ἡ. ſcutica.
ἱμάσσω. loro uerbero, flagris cędo, quouis modo euerbero, ἐλάω.
ἱματίδιον. ου. τὸ. palliolum.
ἱματιοκάπηλος. ὁ. ueſtiarius.
ἱμάτιον. ου. τὸ. palliũ, hoc eſt, τριβώνιον, quod ſupra tunicam induit. Lyſ. ἱμάτια γυναικεῖα, ueſtem muliebrem dixit. Plutarch. pro toga Romana utitur. Accipit pro ſtragulo, Sicut ueſtis à Cicerone. Plurimam ueſtem ſtragulam, multã deliacam ſupellectilem Syracuſis exportaſſe. Vide Commentaria Budæi.
ἱματοφυλάκιον. ου. τὸ. ueſtiarium.
ἱματιοφύλαξ. ακος. ὁ. ἡ. cuſtos ueſtium.
ἱματισμός. οῦ. ὁ. ueſtimentum, ueſtitus & cultus quod & Latinè ueſtiarium dicitur.
ἱματοῦργος. textor, qui ueſtem texit.
ἱμείρομαι. μὴ
ἱμείρω. deſydero, cupio, amo. genitiuo iungitur.
ἴμμεν. ire, imus, ibimus, & ibamus.
ἴμμεναι. idem.
ἱμερῶιος. ου. ὁ. deſyderabilis.
ἱμερόεις. όεντος. ὁ. ſuauis, dulcis, amabilis.
ἱμείρομαι. induco ad deſyderium.
ἵμερος. ου. ὁ. deſyderium.
ἱμερτός. ὸς. ὁ. ἡ. deſyderatus.
ἱμερτός. οῦ. ὁ. deſyderabilis, liquidus.
ἰμέω. μ. ήσω. ω. ηκα. haurio.
ἰμητός. οῦ. ὁ. hauſtus.
ἱμονία. ας. ἡ. funis per quam aqua hauritur.
ἱμονὰν pro μακρὰν χρόνον. id eſt, temporis mul

tum in excernendo abſumere. Cœlius.
ἱμονιὰν ἀποπατεῖν. pro diu cacare apud Ariſtophanem.
ἱμονιόστροφος. ὁ. hauſtor, abiectus. Ariſtoph. Ranis: πόθεν συνέλιξας ἱμονιοστρόφου μέλη.

Τὸ I μεζὰ τῦ N.

Ἰν. ινός. ὁ. genus mẽſuræ, uena, neruus uenis uicinus.
ἵν. eam, eum.
ἵνα. ut, ubi. Conſtruitur interdum cum præterito indicatiui, ubi de præterito ſermo eſt, ſiue ſit παρατατικὸς, ſiue ἀόριστος, ſiue παρακείμενος. Vide Comment. Budæi. Aratus uſus eſt pro quo.
ἴνα. ης. ἡ. occaſus.
ἶνας. quiſquilias. Plinius aliquando fibras, aliquando neruos, aliquando dorſum & uenas pro rerum uarietate in fruticibus & plantis appellat.
ἰνάομαι. uires exęro, intendo: ἰσχὺν παρέχω.
ἵνατι. quare.
ἴνδαλμα. ατος. τὸ. ſimulachrum.
ἰνδάλλομαι. uideor, aſſimilor, appareo in phãtaſia, & in forma phantaſmatis. datiuo iungitur. Ariſtoph. fucis: ὡς ἐμοὶ ἰνδάλλεται.
ἰνδολέτης. ου. ὁ. Indię ſubactor. Epitheton Bacchi.
ἴνδος. fluuius Indiæ. ἰνδὸς. gentile.
ἶνες. οἱ. nerui, fibræ, uilli. Galenus fœminino genere utitur.
ἰνίον. ου. τὸ. fibra, neruus ceruicis, menſura, occiput. Eſt, inquit Euſtachius, ἰνίον in capitis poſteriore parte, quo concidente ad inferiora contractoq; ad humeros ἰδνοῦσθαι dicitur, hoc eſt, incuruari, qui patitur. Aliįs eſſe ἰνίον uidetur nerui cauitas, quæ dicitur etiam τένων, ut Homerico interpreti, cuius uerba ſunt Iliade ε. ἰνίον τὸ κοῖλον τῦ τένοντος. κέκλικται δ' οὕτως, διὰ τὸ νευρῶδες εἶναι, ἢ πλατὺ ἢ ψαχῶδες νεῦρον. τὸ καθῆκον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὅσον τὸν αὐχένα.
ἶνις. filius infans. Apud poëtas, poſterior filius, nepos.
ἰννύομαι. fleo, orno, κλαίω, ὀδύρομαι.
ἰνώδης. εος. ὁ. ἡ. fibroſus.

Τὸ I μεζὰ τῦ Ξ.

Ἰξ. ικός. ὁ. uermis uitium. Alcman. μὴ ποικίλον ἰκὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀμπέλων ὀλετῆρα.
ἰξαλος. iens in altum, ſaltatorius.
ἰξάσκω. cedo.
ἵξεσθαι ἀμφοῖν. conuenire utriq;.
ἰξευτρία. ἡ. uiſcatrix. ἰξευτρία τύχη, fortuna

uiscata uertitur à Plutarch. in Problem.

Ἰξευτήριον. ου. τὸ. aucupium.

Ἰξευτής. οῦ. ὁ. auceps.

Ἰξεύω. μ. εύσω. ω. ευκα. aucupor. neutrum, accusatiuo iungitur.

Ἰξεωτρίας. quæ tanquàm uiscum procul existentia detinet.

Ἰξίαι. ἁι. uarices.

Ἰξίας. ueneni genus ex Chameleonte nigro.

Ἰξιβόρος. uiscum uorans, & turdi species.

Ἴξον. iuerunt, uenerunt.

Ἰξός. οῦ. ὁ. uiscum.

Ἰξοφάγος. idem quod Ἰξιβόρος.

Ἰξύς. ύος. ἡ. lumbus, ile.

Ἰξώδης. uiscosus.

Τὸ Ι μεῖζα τῶ Ο.

Ἰοβόλος. ου. ὁ. pestifer, uenenosus, uenenatus: quasi uenenum eiaculans.

Ἰοδνεφής. έος. ὁ. ἡ. tinctus colore uiolæ.

Ἰοδόκος. ου. ὁ. sagittifera.

Ἰοδόκη. κης. ἡ. pharetra.

Ἰοειδής. έος. ὁ. ἡ. niger, uiolaceus.

Ἰόμορος. ᾰ. ὁ. trucidatus, telo interemptus.

Ἴον. ου. τὸ. uiola, flos, solum. Hinc deduci uolunt Iaspidem.

Ἰόν. όντος. τὸ. iens.

Ἰουθάς. άδος. ἡ. uelox, lanuginosa.

Ἰός. οῦ. ὁ. sagitta, uenenum, rubigo, fibra.

Ἰοστέφανος. ᾰ. ὁ. ἡ. ornatus, uiola redimitus.

Ἰότης. ἡ. consilium, uoluntas.

Ἰοτυπής. sagittator.

Ἰού. heu.

Ἰουδαϊκός. οῦ. ὁ. Iudaicus.

Ἰουλίδες. inter pisces saxatiles numerantur apud Oppianum, iuliæ.

Ἴουλος. ου. ὁ. hymnus Cereris.

Ἰοῦλος. ου. ὁ. lanugo, id est, prima barba, hymni genus, & uermis multipes parietibus arrepens, præterea fructus omnis. Ἰούλους etiam uocant intestina terræ.

Ἰουλοφύω. pubesco.

Ἰουλώ. nomen Cereris.

Ἰουλώδης. species iulorum.

Ἴουνθος. est lanugo prima, siue pilus primum prodiens, pubes: ab ἰέναι, & ἀνθεῖν. Sunt item Ἰούνθοι uari, hoc est, calli siue tumores duri ex pustula relicti: sic dicti, uel quòd ætatis flore protuberent: uel ab onthos, quæ res fimum significat, quia faciei sint de honestamento, quod ὀνθιλεύειν dicitur. à quo uanos mendacesq; eodem nomine Siculi appellarũt, quia id genus homines per ea

naturæ indicia planè significarentur. Vide Cœlium lib. xiij. cap. xxvi. qui tamen non Iunthos, sed Ionthos legit.

Ἰουπικίλλιον. ου. iuniperum.

Ἰοχέαιρα. ας. ἡ. sagittis gaudens: epithetum Dianæ.

Ἰόω. μ. ώσω. ω. ωκα. erugino. neutrum absolutum.

Τὸ Ι μεῖζα τῶ Π.

Ἶπες. οἱ. uermes, à nominatiuo ἶψ.

Ἴπνια. τὰ. purgamẽta furni, fuligo: τὰ κατάγματα τῶ ἰπνοῦ, ligna arida. Callimachus sic sordeis appellat: σὺν δ' ἄμυδις φερυτόν τι καὶ ἴπνια λύματ' ἄειρεν.

Ἰπνοποιός. furnifex.

Ἴπνος. ου. laterna.

Ἰπνός. οῦ. furnus, casa furnaria.

Ἶπος. laqueus propriè murum, muscipula.

Ἱππαγωγός. οῦ. ὁ. nauis ad uehendum equos.

Ἱππάδας. ᾰ. ὁ. genus lusus puerilis, qui alio nomine κυβιστίνδας appellatur.

Ἱππάδες. ἁι. sacrificia quæ equites Athenis peragebãt. Vide Cœl. lib. vij. cap. primo.

Ἱππάζομαι. ιῇ

Ἱππάζω. μ. άσω. ω. ακα. equito. neutrum absolutum.

Ἱππάκη. antiqui uocauerunt equinũ caseum, aut ut alij uolunt, equinũ coagulum. propriè tamen est id quod in lacte equino sidit, postquàm iam agitatum est.

Ἱππάρδιον. ου. τὸ. hippardium fœta, ab equo nomen sortita.

Ἱππάριον. ᾰ. τὸ. equulus, id est, paruus equus. Est & nomen auis.

Ἱππαρχία. præfectura & quasi magisterium equitum. Quidam accipiunt pro ala sexaginta & duorum equitum, quam duæ tarentinæ constituunt.

Ἱππαρχικός. qui Hipparchi munere beneficiatur.

Ἵππαρχος. ου. ὁ. magister equitum.

Ἱππαρχῶ. Hipparchia fungor. genitiuo iungitur.

Ἱππασθείς. ευτος. equitandi artem edoctus.

Ἱππασία. ας. ἡ. equitatio, aurigandi munus.

Ἱππάσιμος. ου. ὁ. equitabilis.

Ἱππασής. ου. ὁ. equitator.

Ἱππασὶ καὶ ἱππηδόν. equitantium modo, diuaricatis cruribus.

ΙΠΠΕ.

Ἱππεία. ᾶς. ἡ. equitatio, aurigandi munus.

Ἵππειος. ου. ὁ. equinus, equester.

ἱππίλαφος. equiceruus.

ἵππιερος. equorum ſtudioſus, ὁ περὶ τοὺς ἵππους τὸν ἔρωτα ἔχων.

ἵππευμα. ατος. τὸ. iter. Ariſtophan. ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις.

ἱππεύς. εως. ὁ. eques, & cancri genus.

ἱππεύω. μ. εύσω. ω. ευκα. equito. neutrum abſolutum.

ΙΠΠΗ.

ἱππηγέτης. ου. ὁ. Neptunus lingua Deliorum.

ἱππηλασία ὁδός, uia qua currus agi poteſt, aut iumenta. Iureconſulti actum appellant.

ἱππηλάτης. ε. ὁ. equitator.

ἱππήλατον. τὸ. ſpatioſum, amplum, planum, agendis equis accõmodum: ἱππήλατον, inquit Heſychius, ἵππον ἐλαύνων, ἱππικὸς φυγὰς, ἱππικώτατον, εὔδρομος, ὠλατεῖα ὁδὸς, καὶ λεία εὐρύχωρος, καὶ ἡμεμαλαγμένη.

ΙΠΠΙ.

ἱππιάδες. ſtatuæ equeſtres mulierum.

ἱππικὴ. ῆς. ἡ. ars equitandi, facultas equeſtris.

ἱππικὸν. οῦ. τὸ. equitatus, menſuræ nomen, interuallum quatuor ſtadiorum.

ἱππικός. οῦ. ὁ. equeſtris.

ἵππιος. cognomentum Neptuni, quòd primus ille equos inuenerit. Mineruæ etiam epitheton eſt, quòd prima illa currum inſtruxerat. Præterea eſt epitheton Martis & Iunonis.

ἱππιοχαίτης. ου. ὁ. ex ſetis equinis.

ἱππιοχάρμης. ου. ὁ. qui ex equo pugnat.

ΙΠΠΟ.

ἱππόβιος. ου. ὁ. libidinoſus, qui meretricio amore debacchatur & inexplebiliter uenerea conſectatur.

ἱππόβοτος. ε. ὁ. paſtor equorũ. locuples, hoc eſt, multa loca poſſidens, quibus paſcere equos poſſit: ἵππος βόσιμον δυνάμενος, μεγαλόβοτος καὶ εὔχαος. ἵππος enim ἀντὶ τοῦ μεγάλη ponitur. Heſych.

ἱππόβρωτος. ου. ὁ. ab equis deuoratus.

ἱππογλώσσον. ε. hippogloſſium, lauræ genus.

ἱππογνώμων, μεγαλογνώμων. ὄθεν θύμον ἱππογνώμονα. ἵππος enim & βοῦς in compoſitione τὸ μέγα δηλοῖ, ut βούπαις, ἱπποσέλινος.

ἱππόδαμος. ου. ὁ. bellicoſus, equorũ domitor.

ἱππόδασυς. εος. ὁ. denſus ex crinibus equinis.

ἱππόδετος. ε. ligans equum.

ἱππόδρομία. ludus in quo equis concurritur. Latini circenſes ludos uocant.

ἱππόδρομος. ου. ὁ. hippodromus, id eſt, locus ubi equorum curſu certatur, in quo de pernicie certatur citra ſimulachrum pugnæ. καταδρόμος eſt ſtudium in quo equites decurrere ſolebant imaginario prælio.

ἱππόθορος. ου. cantio ad incitandas equas apud Plutarch. in Sympoſ.

ἱππόθυλαι. οἱ. equimulgi, pulli aſinorũ equabus ſuppoſiti.

ἱππόκαμπαι. equi marini. à flexura, quaſi effigie in caudas piſcium deſinentes.

ἱππόκλευθος. ε. ὁ. faciens uiam equo.

Μεθεσῶται. οἱ. qui ſemigrarunt è uita.

Μέθη. ης. ἡ. ebrietas, temulentia.

Μεθῆκε. proiecit.

Μεθημερινός. οῦ. ὁ. diurnus.

Μεθημοσύνη. ης. ἡ. negligentia.

Μεθήμων. ονος. ὁ. ἡ. dimittens, parcens alteri, negligens, εὔσοχος.

Μεθίεμαι. ἠ

Μεθίημι. μ. ήσω. τ. εικα. negligo, prætermitto, concedo, omitto, deſero, dimitto. cũ gtõ.

Μεθίστημι. μ. μεζασήσω. τ. ηκα. tranſmuto, luxo,

ut cruribus luxatis fit, loco moueo aliquẽ, ablego, transfero, tranſmitto, migro, tranſmigro, & ſecedo, id eſt, procul ab hominũ frequentia recedo. Budæus.

Μεθό. poſtquam.

Μεθοδεία. ας. ἡ. inſidiæ.

Μεθοδεύω. μ. εύσω. τ. ευκα. decipio, aſtutè ago, pertranſeo, aliquem ex inſidijs adorior.

Μεθοδικός. qui rationem artis, & diſcendi cõpendia ſequitur.

Μέθοδος. ου. ἡ. breuis uia, methodus, diſciplina. Gaza uiam rationemq; docendi tranſtulit. Quintilian. μέθοδον appellat, quam Cicero uiam, artem, & rationẽ. Idem Quintilianus alibi breue dicendi compendium uertit. Budæus.

Μεθόριον. ου. τὸ. finis, confinium.

Μεθόριος. ε. ὁ. conterminus, confinis.

Μεθορμίζομαι. muto, transfreto.

Μέθος. ἡ. commentum, ars.

Μέθυ. υς. τὸ. uinum.

Μεθυμναῖος. Bacchus ſignificatur.

Μεθύομαι. μ. ύσομαι. τ. υσμαι. ebrius ſum.

Μεθύσκομαι. ebrior.

Μεθύσκω. inebrio.

Μέθυσμα. ατος. τὸ. ebrietas.

Μέθυσος. ε. ὁ. ebrius, temulentus.

Μεθυσικός. uinoſus.

Μεθύω. μ. ύσω. τ. υκα. inebrio. actiuum, accuſatiuo iungitur. Accipitur pro ebrius ſum. Dicitur autem μεθύειν, quòd ebrij fierent μετὰ τὸ θύειν, id eſt poſt ſacrificium. nam ſe inuitare largius rei diuinæ cauſſa, fas credebatur.

Μεθύων. ebrius, apud Ariſtotel.

ΜΕΙ.

Μειαγωγέω. pondero, pendo, munera fero, poſteriores parteis habeo.

Μειδάω. μ. ήσω. τ. ηκα. ſubrideo, rideo. neutrũ abſolutum.

Μειδιάζω. μ. άσω. τ. ακα. rideo. neutrum abſol.

Μειδίαμα. ατος. τὸ. riſus.

Μειδιάω. μειδάω.

Μειδιόω. arrideo, renido.

Μειεκτῶ. poſteriores fero.

Μείεκτημα. τὸ. partes inferiores, deterior conditio.

Μεῖζον. ονος. τὸ. maius. Accipitur pro magis.

Μειζόνως. magnificentius interdum.

Μείζων. ονος. ὁ. ἡ. maior. Μεῖζον λόγῳ ἔργον, facinus maius quàm ut uerbis explicari poſſit.

Μείλαξ. ακος. pratum, paradiſus.

Μείλιγμα. ατος. τὸ. donariũ, laceratio, munus,
Μειλικτήριον. ου. τὸ. placatio. (dos.
Μειλικτήριος. ου. ὁ. blandus.
Μείλικτος. ου. ὁ. suauis, blandus.
Μείλινος. ου. ὁ. fraxineus.
Μείλιον. ου. τὸ. munus demulcens.
Μειλίσσομαι. μ. ίξομαι. ττ. ιγμαι. palpo, allor, assentior, mitigo, in beneuolentiã educo.
Μειλίσσω. μ. ίξω. ττ. ιχα. demulceo. actiuum, accusatiuo iungitur. καταμειλίσσειν, permulcere uertit Gaza.
Μειλιχία. ας. ἡ. mansuetudo, iucunditas.
Μειλίχιος. ου. ὁ. ἡ
Μείλιχος. suauis, tranquillus, blandus, indulgens, clemens: epitheton Iouis.
Μειλιχόμητις. ὁ. ἡ. mansueti ingenij & suauis.
Μεῖον. ονος. τὸ. minus.
Μεῖον. τὸ. inquit Dioscorides, καλοῦμεν ἀθαμαντικόν, herba est.
Μειονέκτημα. ατος. τὸ. καὶ
Μειονεξία. ας. ἡ. diminutio, defraudatio, inferiores partes, conditio deterior.
Μειονεκτέω. μ. ήσω. ττ. ηκα. minus habeo, diminuor, inferiora habeo. opponitur τῷ πλεονεκτῶ.
Μειουρίζειν. minoribus terminis finire.
Μειούρους. τοὺς. mancos.
Μειόω. μ. ώσω. ττ. ωκα. minuo. actiuum, accusatiuo iungitur.
Μειρακεύομαι. καὶ
Μειρακιεύομαι. adolesco, pueriliter ago, adolescentis more lasciuio & exulto.
Μειρακίλλιον. ου. τὸ. καὶ
Μειράκιον. ου. τὸ. adolescentulus.
Μειρακιοῦμαι. adolesco.
Μειρακίσκη. ης. ἡ. adolescentula.
Μειρακίσκος. ου. ὁ. adolescentulus.
Μειρακιώδης. ους. ὁ. ἡ. iuuenilis, puerilis.
Μείραξ. ακος. ὁ. adolescens, pro puella apud Lucianum. Quidã dici uolunt quasi ἔιραξ, ut sit puer, qui iam loqui potest. ab ἔιρω.
Μείρομαι. diuido, sortior.
Μείρω. μ. ερῶ. ττ. μίμορκα. diuido. aor. primus, ἔμορα, καὶ ἔμμορα.
Μείς. ενός. ὁ. mensis. Aeolicè pro μήν.
Μεῖσον. τὸ. minimum.
Μείωμα. ατος. τὸ. μείωσις.
Μείων. minor.
Μεῶν. numerus.
Μείωσις. ιος. ἡ. diminutio.
Μείωψ. οπος. ὁ. luscitosus.

M E Λ A.

Μελάγγειον. ου. τὸ. nigrũ solum, pulla terra. apud Herodotum μελάγγαιος legitur.
Μελαγχαίτης. qui nigro est capillitio.
Μελάγχειμα. τος. lustra ferarũ, loca quæ hyeme ob concauitatem niue non teguntur.
Μελάγχλωρος. ου. ὁ. pallidus & niger.
Μελαγχολάω. μ. ήσω. ττ. ηκα. insanio, atra bile stomachor. neutrum absolutum.
Μελαγχολία. ας. ἡ. atra bilis, furor, ut interpretatur Cicero.
Μελαγχολικός. οῦ. ὁ. insanus, qui atra bile abundat.
Μελαγχολικὸς χυμός. humor melancholicus.
Μελαγχρόες. qui sunt atro colore.
Μέλαθρον. ου. τὸ. atrium, palatium, proprie trabs in medio domus fumo denigrata, & à parte tota domus, ἢ τὸ τῶν γυναικῶν μόριον
Μελαθρώνος, καὶ μελεδών. procurator, præfectus domus. custos, μεριμνητής.
Μέλαινα. ης. ἡ. nigra.
Μελαιναετός. aquila fulua, interprete Gaza.
Μελαίνομαι. nigreo. deponens.
Μελαίνω. μ. ανῶ. ττ. ηκα. denigro. actiuum, accusatiuo iungitur.
Μέλαιος. ου. ὁ. miser, uanus.
Μελαμβαφές. τὸ. quod nigrum extinctura.
Μελάμβιος. obscuræ uitæ.
Μελάμβωλος. terræ epitheton, quæ nigras habet glebas, unde etiam pingue solum iudicatur ac fertile. hinc μελάμβωλον.
Μελαμπέταλος. ὁ. nigris foliis.
Μελαμπόδιον. ου. τὸ. melampodium herba.
Μελάμπυγος. cui niger est podex, cognomẽtum Herculis, ut minimè effœminati, aut mollis, nam talem λευκόπυγον nominant.
Μέλαν. ανος. τὸ. nigrum id quod pupillã ambit, atramentum.
Μελανειμονέω. μ. ήσω. ττ. ηκα. induo nigram uestem. neutrum absolutum.
Μελανειμονῶν. atratus, & uestibus lugubribus indutus. Vide posteriores annotat. Budęi in Pandect.
Μελανείμων, ονος. ὁ. ἡ. pullatus, nigris indutus
Μελανθία. atriuisa.
Μελάνθιον. ου. τὸ. papauer nigrum. Dicitur etiam μελάνσπερμα. Latinè git dicitur.
Μελάνθιος. ου. ὁ. Melanthius uiri nomen.
Μέλανθος. ου. ὁ. Neptunus ab Athenienſibus dicitur.
Μελανία. ας. ἡ. nigredo.
Μελανίζειν. nigricare.
Μελάνιον. ου. uiola nigra.
Μελανόγραμμος. dicitur ab Aristotele melanurus, à

rus, à linearum nigredine, quibus interstin guitur.

Μελανοδοχεῖον. ϗ. τὸ. atramentarium.

Μελανοκόμης. habens capillitium nigrum.

Μελάνουρον. caudatrum.

Μελανοῦρος. serpentis genus in Lybia & Arabia præcipuè nascens, & est uipera magnitudine minor, ad inferendã perniciem celerior multo: quos mordicus apprehenderit, siti inardescunt uehementius, ad potumq; efferuescũt, ac inde incessanter haurientes dissiliunt mox: cauda lineis duabus nigrisq; distinguitur (unde & nomen accepit quasi nigræ caudæ) corpore albicante reliquo. Dicitur & alijs quibusdam nomi nibus: δίψας, ϖρηστὴρ, καύσων, κεντρίς. Cœli. lib. xiiij. cap. lxiij.

Μελανοφθαλμός. habens nigros oculos.

Μελανόφρυς. υος. ὁ. ἡ. nigri aut densi supercilij.

Μελανοχροϊκός. οῦ. ὁ. nigricolor.

Μελανόχρως. ωτος. ὁ. habens nigrum corpus.

Μελάνταπος. ϗ. ὁ. nigerrimus.

Μελάντερος. ϗ. ὁ. nigrior.

Μελαντηρία. atramentũ sutoriũ apud Lucian.

Μελάνυδρος. ου. ὁ. ἡ. habens aquam nigram, & profundam.

Μέλας. τῶ μέλανος. ὁ. niger.

Μέλασμα. ατος. τὸ. καὶ

Μελασμός. οῦ. ὁ. denigratio.

Μ Ε Λ Δ. Μ Ε Λ Ε.

Μέλδομαι. liquefio.

Μελδαίνω. curo.

Μελδημα. ατος. τὸ. cura, ærumna.

Μέλδω. elixo. neutrum, accus. iungitur.

Μελεδὼν. ῶνος. ὁ. καὶ

Μελεδώνη. ης. ἡ. cura. Gaza in fœminino genere usus est in Ciceronem.

Μελεδωνός. οῦ. ὁ. procurator, φροντιστὴς, ἐπίτροπος, ἐπιμελητὴς, curator.

Μέλει. curæ est. genitiuo iungitur. Dicimus μέλει μοι τούτου, μέλει μοι ϖερὶ τούτου. & μέλει μοι τοῦτο. Bud.

Μελέτης. ου. ὁ. qui nã grandior pueris præest, atq; legeis præscribit.

Μελετῆσι. membratim, καῖ μέλος.

Μέλεον. incassum.

Μέλεος. ϗ. ὁ. tardus, ociosus, uanus, infœlix, miser.

Μελετάω. μ. ήσω. ω. ηκα. meditor, excogito, exerceo, æstimo. actiuum, accusatiuo iungit. Hinc Latinis meditor deductum est.

Μελέτη. ης. ἡ. meditatio, exercitatio, cura, declamatio, institutum.

Μελέτημα. ατος. τὸ. meditatio.

Μελετηρός. οῦ. ὁ. meditatiuus.

Μελετὴς. ὁ. tardus.

Μελετητήριον. ϗ. locus exercitationis.

Μελετητικός. ὸν. ὁ. declamatorius, meditatiuus

Μελέτω. curæ sit.

Μ Ε Λ Η. Μ Ε Λ Ι.

Μέλη. ἡ. poculi figulini species.

Μέλη. τῶ. membra.

Μεληδόν. aduerb. membratim.

Μέλημα. ατος. τὸ. καὶ

Μέλησις. ιος. ἡ. cura, cunctatio.

Μελησμός. οῦ. ὁ. cunctatio.

Μέλι. ιτος. τὸ. mel.

Μελία. ας. ἡ. fraxinus.

Μελίγηρυς. υος. ὁ. ἡ. uocalis, suauiter canens.

Μελίδειον. τὸ. fauus.

Μελικδὴς. ἐος. dulcis, mellitus.

Μελίζομαι. μ. ίσομαι. ω. ισμαι. mellitũ facio, cano

Μελίζω. μ. ίσω. ω. ικα. cano, trunco. actiuũ, accusatiuo iungitur.

Μελίη. lancea, inuenitur pro ape.

Μελικηρὶς. ίδος. ἡ. fauus, genus uitis aut plantæ, hulceris genus in cubitis & genibus, dictum à melle & fauo.

Μελίκρατον. ϗ. τὸ. mulsum, aqua mulsa.

Μελικτής. οῦ. ὁ. cantor, poëta.

Μελίλωτον. ϗ. τὸ. melilotũ arbor, sertula campana.

Μελίμηλον. ϗ. τὸ. genus mali à dulcedine mellis, à quibusdam γλυκύμηλα dicuntur.

Μελίνη. ης. ἡ. panicum, leguminis genus.

Μέλινος. ου. ὁ. luteus.

Μελίπηκτον. ϗ. placenta ex melle.

Μελίπνοος. ϗ. ὁ. ἡ. suauiter spirans.

Μελιποιῶ. mellifico.

Μελίῤῥυτος. ϗ. ὁ. mellifluus.

Μέλισσα. ης. ἡ. apes. Inuenitur pro obulo.

Μελισσαῖος. cognomen Iouis.

Μελίσσεια. τῶ. aluearia.

Μελίσσειος. ϗ. ὁ. melleus.

Μελισσόβοτος. pastor apum.

Μελισσόφυλλον. apiastrum herba.

Μελισσῶν. ῶνος. ὁ. apiarium.

Μελισσί. membratim.

Μελιταῖα ὀθόνια. melitæa linthea: non à melle fit deriuatio, sed ab insula Melite.

Μελιταῖος. ϗ. ὁ. melitæus, ut μελιταῖον κυνίδιον dicitur de catellis qui in delitijs, & ad lusum habentur. Vide Chiliades Erasmi.

Μελίτεια. ας. ἡ. herba quam quidam μελίταια

ναρ, alij μελισσόφυλλον uocant.

Μελιτηρός. οῦ. ὁ. μελιτᾶιος.

Μελίτιον. ϑ. τὸ. melliculum.

Μελιτίτης. ϑ. ὁ. melitites lapis.

Μελιτοῦττα. placentæ genus melle conditæ.

Μελιτόω. μ. ώσω. ω. ωκα. mellitum facio.

Μέλιττα, pro μέλισσα, apis.

Μελιττοποιχεῖν. strepitum facere pulsando ne aduolent apes.

Μελιττουργεῖον. ϑ. τὸ. locus ubi fit mel.

Μελιττουργός. οῦ. ὁ. pastor apum, minister.

Μελιττών. ῶνος. ὁ. locus ubi asseruatur mel, cel la mellaria.

Μελίτωμα. ατος. τὸ. res mellita, confectio ex melle.

Μελίφρων. ονος. ὁ. dulcia sapiens, mitis.

Μέλλει. adparet, uidetur, permanet.

Μέλλησις. cunctatio, ὑπέρθεσις.

Μέλλον. οντος. τὸ. futurum.

Μελλονικιᾶν. tardare, differre, protelare, procraſtinare, à Nicia quodã Nicerati filio.

Μέλλοντες. etiã dicuntur quos Latini deſigna tos appellant, ut deſignati conſules.

Μελλονύμφη. ης. ἡ. μελλόγαμος.

Μελλονύμφιος. ϑ. ὁ. καὶ

Μελλόποσις. ιος. ὁ. futurus ſponſus. dicit qui necdum duxit uxorem, mox ducturus.

Μελλόγαμος, idem.

Μέλλω. ἀπόνειμαι, debeo, futurus ſum, tardo, ſtudeo, mitto, indignor. Coniungit cum præſenti, aoriſto, & futuro. Vide commentaria Budæi.

Μέλλων. ουσα. ὁ. futurus. τοῦ τῶν μελλόντων, de euentu.

Μελοκοπία. ας. ἡ. membrorum amputatio.

Μέλομαι. curo.

Μελόντων. curæ ſint.

Μελοποιία. ας. ἡ. cantatio.

Μέλος. εος. τὸ. cantus, carmẽ, cantilena, membrum, παρὰ μέλος, importunè, ineptè. Vtitur & Plato pro diſſentaneè.

Μέλπηθρον. ϑ. τὸ. ludus, uoluptas.

Μέλπομαι. canto.

Μελπομένη. ης. ἡ. Melpomene, una ex nouem Muſis.

Μελπόμενος. cognomen Dionyſij.

Μέλπω. μ. ἑλψω. ω. ελφα. canto, celebro, ludo. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Μελῴδριον. ϑ. τὸ. cantiuncula.

Μέλω. μ. ήσω. ω. μέμηλα. curo. μέλει μοι τῶν πραγμάτων, curæ mihi ſunt res.

Μελῳδέω. μ. ήσω. ω. ηκα. dulce cano. neutrum abſolutum.

Μελῳδία. cantus dulcis ſiue melleus.

M E M.

Μέμαα. ἀπὸ τοῦ μένω, ut putant aliqui, uel ἀπὸ τοῦ μάω, propenſus fui, promptus ſum uel furens. Iliad. ά. ἀλεξέμεναι μεμαῶτα.

Μεμάασιν. cupierunt.

Μεμακυῖα mugiens, uociferãs, pro μεμηκυῖα.

Μεμάομαι. promptus ſum.

Μεμαυῖα. ας. ἡ. prompta, deliberata.

Μεμαώς. ῶτος. ὁ. promptus. Eſt participiũ Ionicum, à μίμηκα, μίμαα, μεμαώς.

Μέμβλεται. manet cum cura, adeſt.

Μέμβλομαι. curo.

Μέμβλω. ω. ηκα. aſſideo alicui rei cum cura, & diligentia.

Μέμβλωκε. tranſiuit.

Μεμέρυλον. κόμαρον. τὸ, arbutus, unedo.

Μέμηκε. clam at, mugit, μέμυκε.

Μέμηλε. curæ eſt.

Μεμήλει. curæ erat.

Μεμήλω. curo.

Μεμηλώς. ότος. ὁ. curans.

Μέμηνα. inſaniui.

Μεμηχανημένος λόγος. oratio ſubdole atq; artifici ſolertia compoſita ad fallendum. Vide comment. Bud.

Μεμιγμένος. permiſtus, promiſcuus.

Μεμιμημένος. imitatione factus & effectus.

Μέμνη, pro μέμνησαι, per ſyncopen.

Μεμνημαι. reminiſcor. deponẽs, genitiuo iungitur.

Μέμνημι. μ. μνήσω. memini. genitiuo iungit.

Μεμνῆσθαι. meminiſſe.

Μεμνήσομαι. reminiſcar.

Μέμνητο, pro ἐμέμνητο. meminerat.

Μεμονωμένος, pro μόνος γεγενημένος, apud Herodotum.

Μεμούσωται. reſonat.

Μεμπτός. οῦ. ὁ. lamentabilis, incuſabilis, malus.

Μέμφομαι. μ. μέμψομαι. ω. εμμαι. cõqueror, accuſo, reprehẽdo, incuſo, indignor, abijcio, uitio uerto. deponens, datiuo iungitur, & accuſatiuo.

Μεμφιβολεῖν. conqueri, accuſare.

Μεμψιμοιρία. ἡ. querela, querimonia.

Μεμψίμοιρος. ϑ. ὁ. querulus, propriè ob id, quòd putet ſe deteriorẽ partem accepiſſe.

Μέμψις. ιος. ἡ. accuſatio, queſtus, κατάγνωσις.

M E N.

Μὲν. quidem. Καὶ ταῦτα μέντοι ταῦτα, atque hæc qui-

hæc quidem sunt huiusmodi, uel ita se habent. καὶ ταῦτα μέντοι ταύτη. Sed de his hactenus. Gaza in Ciceronem, tamen, quodam loco uertit μήν.

Μέν γαρ. enim.

Μενοῦνγε. atqui, quinimò, uerè.

Μέντοι καί, & tum.

Μενοῦν καὶ (ficio.

Μενεαίνω. iraſcor, promptus ſum, animo deſ-

Μυδάσιον. ε. τὸ. unguẽti genus Aegypto peculiare. dictũ à capro qui ea Aegypti parte, ubi primum repertum eſt unguentum iſtud, coli ſolitus eſt.

Μενεδήϊος. ε. ὁ. καὶ

Μενεπτόλεμος. ε. ὁ. belli patiens, bellicoſus.

Μενεχάρμης. ε. καὶ

Μενέχαρμος. ε. ὁ. promptus in bello.

Μενεῶνες. ὰν. curæ.

Μενοεικής. ἐος. ὁ. ἡ. placabilis, demulcens, facilè cedens.

Μενοινάω. καὶ

Μενοινέω. μ. ήσω. ω. ηκα. promptus ſum in bello, cogito, promoueo.

Μένος. ἐος. τὸ. uis, promptitudo, animi potentia, territoriũ, ira, robur. Hoc corporis eſt, θάρσος animi.

Μέντοι. nempe. Vide cõment. Bud.

Μένῦα. ὡσδή.

Μέντ' ἄρ ex μέντοι & ἄρ componitur. Significat atqui.

Μέντοι. interdum aſſentientis eſt. Xenopha. ἦ μὰ μὶ οὔρ' ἔφη ἡ γυνὴ δεήσει ταῦτα ποιεῖν; δεήσει μέντοι ἔφην ἐγώ, ἔνδον μίνειν. Sic ſanè & uerò Latinis. Terentius:

Heus laudas qui heros fallunt.

Chre. in loco ego uerò. Interdum ornatus cauſſa magis, q̃ ſignificatiõis ponitur, uel explendæ orationis gratia, quemadmodum quidem & ſanè Latinis. Eſt & aduerſatiua coniunctio, ut uerum. Reſpondet etiam τῷ μὲν, quod & uerum & cæterum dicitur. Accipitur etiam ἀντὶ τοῦ αὖθις, uiceuerſa & rurſus. Ariſtopha. περιχίνεσθαι αὐτῷ μικρόν, μὰ μέντοι μάλ' ἐπιλείπειν. Quanquam & pro etiam intelligi poteſt. Plura uide in cõment. Budæi. Dicitur etiam μέντοιπου, καὶ μέντοιγε, nimirum, tamen.

Μένω. μ. νῶ. ω. κα. maneo, duro. neutrũ abſol.

Μέομαι. μ. μέσομαι. ω. κμαι. delibero, conſulo.

Μερίζομαι. partior, id eſt uirilem partem uel legitimam recipio. Et particeps fio. cum genitiuo.

Μερίζω. μ. ίσω. ω. ικα. diuido in parteis. actiuũ, accuſatiuo iungitur.

Μερικός. οῦ. ὁ. particularis.

Μερικῶς. particulariter.

Μέριμνα. ης. ἡ. ærumna, cura, cogitatio, ſollicitudinem propriè eſſe dicit Valla, non ærumnam, quòd ærumna grauior ſit.

Μεριμνάω. μ. ήσω. ω. κα. curo, cogito, plus eſt, quàm cogito. quippè anxiè & ſollicitè cogito, ſollicitus ſum.

Μερίς. ίδος. ἡ. particula.

Μεριστής. οῦ. ὁ. partitor.

Μερισμός. ὁ. intercalatio.

Μερμαίρω. curo, iraſcor, χολῶ.

Μερμηρίζω. μ. ίσω. ω. ικα. cogito, conſulo, delibero, in diuerſas parteis cõſulo, ſolicitè cogito. neutrum abſolutum.

Μέρμερος. ε. ὁ. curioſus.

Μερμηρίζω. μερμερίζω.

Μερμίρω. curo.

Μερμῆραι. ὰι. curæ, conſilia, ſolicitudines.

Μέρμις. ιντος. ὁ. funiculus.

Μέρος. ους. τὸ. pars. Τὰ ἐν μέρει, ἀντὶ τοῦ καθ' ἕκαστον. Et Τὰ ὀθνεῖα μέρους, quæ uulgò ad uerbum particularia dicuntur. Cicero ſingularia uocat. Ἐν μέρει etiam uiciſſim ſignificat, & ſigillatim, & deinceps. Accipitur μέρος etiam aliter, ut apud Platon. Ἀλλὰ τόδε ἐθαύμασα, εἰ ἐν ἀρετῆς καὶ σοφίας τίθης μέρει τὴν ἀδικίαν, ſi iniuriam partem eſſe uirtutis putas. Accipitur etiã pro principio. Gregor. οἷς μέρος εὐσεβείας δόξει πόνῳ βάλλειν τὸν ἀληθέστατον. Sic Vergilius:

Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni.

Μέρος ὅτι ſignificat etiam, unus eſt è numero. Τὸ σὸν μέρος, quantum in te fuit, pro parte uirili, quod etiam τὸ μέρος dicitur. & τὸ ἐπ' αὐτὸν ἥκον μέρος, quod ad eum attinet. Παρὰ μέρος, partim. Theophraſt. ἅμα δὲ καὶ τοῦτο μαρτυρεῖ, μὴ πᾶν παρὰ μέρος βλάστησιν, id eſt quod uiciſſim germinet, & non germinet, hoc eſt alternis. Τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων λαμβάνειν, quintum quenq; calculũ ferre. Vide comment. Bud.

Μέροψ. οπος. hominũ epitheton, quòd habeãt uocẽ diuiſam, id eſt, quòd hic alia, ille alia lingua loquatur, uel diuiſam, id eſt articulatam, quòd ſoli homini datum eſt inter animantia, à μερίζω, & ὄψ deriuatur. Sunt qui θνητὸν ſignificare dicant.

Μερυτής. ὁ. imprudens.

Μέσαβον. τὸ. lignũ inter boues iunctos mediũ

Μεσαγκύλα. ζῶ. amentata iacula, instrumenta erant quibus Persæ utebantur eo loco quo Macedones iaculis.

Μεσαιπόλιος. ε. ὁ. mediæ cuiusdam caniciei, nondum senex.

Μεσαίτατος. ε. ὁ. medius. ἐν μεσαιτάτῃ τῆς ἀυλῆς, in aulæ meditullio.

Μεσαίχμιον. ε. τὸ. μεταίχμιον.

Μεσαπίον. panis, ψομός.

Μέσαρχον. unum intestinorũ Græci uocant, quod & μεσεντέριον aliàs dicitur: omnes enim uenas quæ ad ipsum ex hepate seruntur, unà cum adiacentibus arterijs circunquaq; ambit & complectitur.

Μέσατος. ε. ὁ. medius.

Μεσαύλιος. apud Hom. seruus quidam est, Odyss. xiij. σῖτον δέσφιν ἔνεμε μεσαύλιος, ὄνρα συβώτης Αὐτὸς κτήσατο οἶος, ἀποιχαμένοιο ἄνακτος. Μεσαύλιον quidem dici reperias medianã ianuam, uel in aulæ meditullio locum. Fortè μεσαύλιοι fuerint, quos Latinè Mediastinos uocamus, q obiectissima quęque munia inter seruos obire solebãt: cuiusmodi in aulis principum lignarij sunt, bacularijq, quorũ illa una functio est, ut omnibus pareant. Cœl. lib. xiij. cap. I.

Μεσεγγυάομαι. μ. ήσομαι. ω. ημαι. fideiussionẽ capio, apud sequestrem pecuniam deponendam stipulor uel contendo. ὁ μεσεγγυησάμενος, sequester.

Μεσέγγυημα. depositum apud sequestrem.

Μεσέγγυος. ε. ὁ. mediator, interuẽtor, sequester

Μεσεντέριον. intestinorũ genus est, quo lactes inuoluuntur, ne cõtactu spinæ duro lædantur. Iul. Pollux pelliculam scribit esse ex uenarum neruorũq; cõplexu, renibus & uentri proximã, alimentum in hepar emittentem. Theod. pro lactibus accepit. Dicitur autẽ μεσεντέριον, quod in medio intestinorum sit collocatũ. Latinè medianũ rectè dixeris.

Μεσέω, καὶ μεσόω. medio. as.

Μέση. ης. ἡ. media, medietas.

Μεσηλύσιος. ε. ὁ. mediterraneus.

Μεσηλύς. in medio, aduerb.

Μεσήρης. ες. ὁ. mediocris, medius.

Μεσήλιξ. ικος. ὁ. ἡ. qui est in ætate media.

Μεσημβρία. ας. ἡ. meridies. Pars est etiã mundi, quam Latini meridiem uocant.

Μεσημβριάζω. καὶ

Μεσημβρίζω. meridianor.

Μεσημβρινός. οῦ. ὁ. meridianus.

Μεσημέριος. idem.

Μεσηρεύω. sum mediator, nulli parti fero præsidium.

Μεσιτεύω. μ. εύσω. ω. ευκα. medius sum inter parteis, id est, interpono me.

Μεσίτης. ε. ὁ. mediator.

Μέσιτος. ε. ὁ. mediator, factor pacis.

Μεσοβασίλεια. ας. ἡ. καὶ

Μεσοβασίλειον. ε. τὸ. interregnum.

Μεσόγεια. ἡ. mediterranea.

Μεσόγειος. ε. ὁ. mediterraneus.

Μεσόγραφος. ε. semiscriptus.

Μεσόδικος. iudex dicitur à quibusdã teste Aristotele, quoniã qui medium consequi potuerunt, ij ius suum obtinere uidentur. Vide annot. Budæi in Pandect.

Μεσόδμη. ης. ἡ. fori nauis, colũna in medio posita.

Μεσόκρανον. ε. τὸ. uertex capitis.

Μεσολαβέω. μ. ήσω. ω. ηκα. intercipio.

Μεσόλευκος. ε. ὁ. albo distinctus.

Μεσομήριον. quod coxas interiacet.

Μεσομφάλιον. ε. τὸ. umbilicus clypei.

Μεσόμφαλοι. οἱ. genus quoddam placentarũ.

Μεσόμφαλος. ε. ὁ. res posita in medio.

Μέσον. τὸ. apud Chrysost. pro interuallo. Et alio loco pro discrimine.

Μεσοναῦται. de compari in nauibus seruitij genere, Vlpiano dicuntur, sicut in aulis μεσαύλιοι.

Μεσονύκτιον. ε. τὸ. nox intempesta.

Μεσοπολιός. οῦ. ὁ. semicanus, senectuti uicinus.

Μεσόπυνοι. qui media possident.

Μεσοπύργιον. ου. murus interiectus interturres.

Μεσοπωρεῖν. esse in media maturitate.

Μέσος. ε. ὁ. medius. Accipitur pro eo qui neutrarum est partium. Lucian. Ἐκεῖνος δὲ μέσον ἑαυτὸν ἐφύλαττον. Neutrum se & ancipitem seruabat, id est neutri plus altero auxiliabatur. Dicimus autẽ μέσον παρὰ τὸ ζῶ μέρη ἴσα ἔχειν, quòd eius parteis æquales sint.

Μεσότης. ητος. ἡ. medietas.

Μεσότοιχον. ε. τὸ. interstitiũ parietum, & paries ipse qui domũ à domo dirimit.

Μεσοῦντος δείπνου. media cœna iam peracta.

Μεσούριον. paruus miles.

Μεσόφρυον. ε. τὸ. medium superciliorum.

Μεσόχθουτες. οἱ. mediterranei.

Μεσός. οῦ. ὁ. plenus.

Μεσόω. μ. ώσω. ω. ωκα. impleo. actiuum, genitiuo iungitur.

Μεσυγύς. in medio, aduerb.

ΜΕΤΑ.

Μετὰ. præpositio est, iuncta genitiuo significat cum. accusatiuo autem, post. aduerb. postquàm.

Μετὰ χεῖρας. præ manibus.

Μεταβαίνω. transeo, accedo, digredior, deflecto. neutrum, accusatiuo iungitur. Quære βαίνω.

Μεταβάλλομαι. ἡ

Μεταβάλλω. muto & mutor. Est etiam migro, id est, ἐκτοπίζω, sedem muto, & in aliam regionem commeo, stationem muto. Μεταβάλλομαι etiam significat transeo, id est, sum transfuga, præterea μετανοῶ ἢ μεταβουλεύομαι. Est etiam transeo & degenero de una specie in aliam. Apud Galen. μεταβάλλω τὰ νῶτα, terga uerto. Vide Budæi Commentaria. actiuum, accusatiuo iungitur. quære βάλλω.

Μετάβασις. ιος. ἡ. transitus.

Μεταβατικός. οῦ. ὁ. transitiuus.

Μεταβιβάζω. μ. άσω. τ. κα. transfero, transmuto. actiuũ, accusatiuo iungit.

Μεταβλητικός. ὁ. mutabilis, & qui mutationẽ facit.

Μεταβοτρεύω. transplanto.

Μεταβολεύς. ὁ κατὰ κοτύλην πωλῶν. Propola à Cicerone dicitur.

Μεταβολή. ῆς. ἡ. mutatio, de sede in sedem, & de regione in regionem migratio.

Μεταβολικός. οῦ. ὁ. mutabilis.

Μεταβολος. negotiator, qui merces mercibus commutat.

Μεταβουλεύσασθαι. mutare consilium.

ΜΕΤΑΓ.

Μεταγγίζω. elutriare, hoc est, de uase in uas transferre.

Μεταγγίζων. decapulans, diffundens.

Μεταγειτνιών. ῶνος. ὁ. secundus mensis Atheniensis, qui apud Latinos Maius dictus, teste Plutarch. in uita Niciæ.

Μεταγενέστερος. ε. ὁ. iunior, posterior.

Μεταγενόμβρον. ε. τὸ. aliter factum.

Μεταγινώσκω. pœniteo, resipisco. μετεγνώωθη, de sententia mutatus est.

Μετάγκεα. ας. ἡ. uallis.

Μετάγραφή. exemplum libri & descriptio, τὸ ἀντίγραφον.

Μεταγράφω. corrigo, muto scribendo id quod scriptum erat, abrogo, refigo. Et transscribo, & μετατάττομαι. Est etiam τὸ ἀπογράφω, exscribo, describo. Bud.

Μετάγω. traduco, deduco, remoueo, persequor, transmuto, transfero, uindico. actiuũ, accusatiuo iungitur. quære ἄγω.

ΜΕΤΑΔ. ΜΕΤΑΘ.

Μεταδιδοχμένος. ου. qui est mutata opinione & consilio.

Μεταδιαιτέω. μ. ήσω. τ. κα. transmuto uiuendi modum. Accipitur pro muto solum.

Μεταδιδάσκω. dediscens priora, noua disco.

Μεταδίδωμι. μ. ώσω. τ. κα. distribuo, partior, trado, participem facio, elargior, permitto. genitiuo iungitur.

Μεταδιώκτ. ε. ὁ. qui retrahitur.

Μεταδιώκω. μ. ώξω. τ. χα. insequor, impartio. accusatiuo iungitur.

Μεταδοκεῖ. est cum mutatur consilium. Demosthen. πρὸς λεπ. μὴ μέδ' ἂν μεταδόξῃ ποτέ, ψηφισαμένους, ἐξεῖναι δοῦναι, si pœnituerit capti consilij.

Μεταδοξάζω. τὸ μεταπείθομαι, opinionẽ muto.

Μεταδόξας. qui mutauit consilium.

Μεταδορπίσμαζα. τὰ. mensæ secundæ.

Μετάδοσις. ιος. ἡ. collatio, participatio.

Μεταδρομάδην. cursim, currendo.

Μετάδρομαι. ἀι. transcursus.

Μετάδρομος. ε. ὁ. punitor, cursor.

Μετάθεσις. ιος. ἡ. transpositio, propriè quæ fit in eadem dictione, ut κραδία pro καρδία, translatio, mutatio.

Μεταθέω. transcurro.

ΜΕΤΑΙ. ΜΕΤΑΚ.

Μεταίρω. μ. αρῶ. τ. ῆρκα. transfero. actiuũ, accusatiuo iungitur.

Μεταιτέω. μ. ήσω. τ. κα. repeto.

Μεταίτης. ου. ὁ. mendicus.

Μεταίτιος. ε. causa similis cum alio.

Μεταίχμιον. ε. τὸ. campus inter utrasq; acies.

Μετακαθίζω. transfero.

Μετακαλέω. μ. έσω. τ. κα. accerso. actiuũ, accusatiuo iungitur.

Μετακάρπιον. ου. τὸ. pars manus à iunctura usque ad digitorum fissuram.

Μετακίαθε. transierat.

Μετακιάθω. insequor, accedo.

Μετακινέω. μ. ήσω. τ. κα. labefacio, moueo, transpono. actiuum, accusatiuo iungit.

Μετάκλησις. ιος. ἡ. accersio per alium.

Μετακλίνω. μ. ινῶ. τ. κα. declino.

Μετακομίζω. μ. ίσω. τ. κα. traijcio, transfero. actiuum, accusatiuo iungitur.

Μετακοσμέω. μ. ήσω. τ. κα. transmuto ornatũ.

Accipitur pro mutare & nouare transformare ſimpliciter.

Μετακτίζω. μ. ίσω. ω. ικα. transformo. actiuum accuſatiuo iungitur.

ΜΕΤΑΛ. ΜΕΤΑΜ.

Μεταλαγχάνω. tardo, ſerò ad muneris functionem accedo.

Μεταλαμβάνω. muto, induo, ab alio ſumo, inuicem ſumo, tranſſumo, cooperio. actiuũ, accuſatiuo iungitur. Item participo, particeps ſum, cum genitiuo.

Μεταλεύω. traduco.

Μετάλημψις. ιος. ἡ. tranſſumptio.

Μεταλλαγή. mutatio.

Μετάλλαξις. idem.

Μεταλλάττω. tranſmuto, diſcedo. Apud Platonem eſt inuerſo ordine aut immutatis uicibus aliquid facio, & cum alter alterius fungitur officio, & alter alterius præmia occupat. quæ enim ſic fiunt μεταλλαττόμενα ab eo dicuntur. Eſt etiam μεταβαίνω ἀπό τινος εἴς τι οἷον μεταλλάττω τὸν βίον, morior & migro. Herodian. τὸν βίον μετήλλαξε, fato functus eſt. Subinde ſubaudiũt τὸν βίον. Μετηλλαχὼς, defunctus. Vide Comment. Budæi. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Μεταλλάω. ſcrutor, inquiro. actiuũ, actõ iungit.

Μετάλλεια. ας. ἡ. ſcrutatio metalli, cuniculus animal.

Μεταλλεύω. quæro, fodio, effodio.

Μεταλλικός. οῦ. ὁ. metallicus.

Μέταλλον. ου. τὸ. metallum, à μεταλλάω.

Μεταμανθάνω. transfero me ad diſcendũ, muto ſententiam. require μανθάνω.

Μεταμέλω. muto, tranſmuto. quære ἀμέλω. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Μεταμέλεια. ἄς. ἡ. pœnitentia. Dicitur propriè cum ſocordes in re peragenda ſero incipimus eſſe attenti, iam admoniti noſtris malis. Eraſmus.

Μεταμέλει. pœnitet. iungitur gtõ cũ datiuo.

Μεταμελέομαι. μ. ήσομαι. ω. ημαι. ὴ

Μεταμελέω. μ. ήσω. ω. ηκα. ὴ

Μεταμέλομαι. pœniteo. deponens, genitiuo iungitur.

Μεταμορφόω. μ. ώσω. ω. ωκα. transformo. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Μεταμόρφωσις. ιος. ἡ. transformatio.

Μεταμπίσχομαι. tranſmuto habitum.

Μεταμφιάσαι. mutato ueſtes.

Μεταμφιέζουσι. promouent.

Μεταμφίημι. commuto.

Μεταμώλιος. ου. ὁ. uentoſus, uanus.

Μεταμώνιος. uanus, nullius frugi.

ΜΕΤΑΝ. ΤΑΞ. ΤΑΠ.

Μετανασεύειν. exilij cauſa ſolũ uertere. Bud.

Μεταναστεύομαι. μ. εύσομαι. ω. εῦμαι. tranſmigro. deponens abſolutum.

Μετανάστης. ου. ὁ. exul, pulſus patria.

Μετάνιπτρον. τὸ. poculũ quod lotis manibus adfertur.

Μεταννίζω. refundo in aliud uas.

Μεταννίπτομαι. tranſeo.

Μετανοέω. μ. ήσω. ω. ηκα. pœnitentiã ago, reſipiſco, ad mentem redeo. neutrũ abſolutũ.

Μετάνοια. ας. ἡ. pœnitentia, inconſtantia, reſipiſcentia, cum poſt factum ſapimus.

Μέταξα. ης. ἡ. ſericum.

Μεταξύ. inter, interim, ſubinde, interim dum, interdum. cum genitiuo. Μεταξὺ δὲ λέγεν τῶν, inter dicendum. Μεταξὺ λόγων, interim dum loquimur. Et cum nominatiuo, μεταξὺ λουόμενος, interea dum lauaretur. Et cũ accuſatiuo, μεταξὺ ὀπτώμενα, inter aſſandũ.

Μεταξυλογία. ας. ἡ. oratio quæ leuiter & quaſi aliud agendo habetur.

Μεταπείθειν. diſſuadere.

Μεταπειθόμενον. ου. mutatio ſententiæ.

Μεταπέμπομαι. μ. έμψομαι. ω. εμμαι. accerſo.

Μετάπεμπτος. ου. ὁ. accerſibilis.

Μεταπέμπω. μ. έμψω. ω. ομφα. accerſo, aduoco, accommodato accipio, afferri iubeo. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Μεταπεσεῖν. honore excidere.

Μεταπειτεύω. muto.

Μεταπηδάω. μ. ήσω. ω. ηκα. tranſilio. neutr. abſol.

Μεταπίπτω. tranſeo & degenero de una ſpecie in aliam, hoc eſt, μεταβάλλομαι apud Galenum. quod & μεταῤῥέω dicitur. Significat etiam tranſeo ad aliam uitę conditionem, & mutor. Apud Iſocrat. pro mutari in meliorem uoluntatẽ & laudabiliorẽ. Et apud eundem in deteriorem partem mutari, hoc eſt, labi & euerti affligíq.

Μεταπίσις. fide interpoſita.

Μεταποιέομαι. μ. ήσομαι. ω. ημαι. uendico, curo, ſtudeo. genitiuo iungitur.

Μεταποιέω. μ. ήσω. ω. ηκα. tranſmuto, corrigo. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Μεταποίησις. ιος. ἡ. mutatio in melius.

Μεταπρέπω. διαπρέπω.

Μετάπτωσις. mutatio in utranq; partẽ, & degeneratio mutatioq; à ſpecie in ſpeciẽ. Gal.

Μεταπύργιον. ου. τὸ. ſpatium inter turres.

ΜΕΤΑΡ. ΤΑΣ.

Μεταῤῥέω. μ. εύσω. ϖ. ευκα. meo, τὸ μεταπίπτω. neutrum absolutum.

Μεταῤῥυθμίζω. μ. ίσω. ϖ. ικα. adapto. actiuum, accusatiuo iungitur.

Μεταῤῥύθμισις. ιος. ἡ. adaptatio.

Μετᾰρσιολεσχία. ας. ἡ. loquela, sublime genus disputandi.

Μετάρσιος. ου. ὁ. sublimis.

Μεταρσιώθεις. ὁ. sublimatus, in aërem elatus.

Μετασκευάζω. μ. άσω. ϖ. κα. transmuto, mutando formo. actiuum, accusatiuo iungitur.

Μέταυλα. ὰ. mediæ.

Μετασπάμενος. persequens, insectans.

Μετάστασις. ιος. ἡ. transmutatio, transitus.

Μεταστατέον. migrandum est.

Μεταστέλλομαι. μ. οῦμαι. ϖ. αλμαι. accerso. accusatiuo iungitur.

Μεταστένω. μ. ενῶ. ϖ. κα. suspiro.

Μετασοίχει. in ordine.

Μεστρατοπεδεύομαι. μ. εύσομαι. ϖ. ευμαι. castra metor, castra pono. deponens absolutū.

Μεταστρέφω. μ. έψω. ϖ. αφα. conuerto, reuerto. actiuū, accusatiuo iungitur.

Μεταστχεῖν. apprehendere, participem esse.

Μετασχηματίζω. transfiguro, in aliam figurā traduco.

ΜΕΤΑΤ.

Μεταττάττομαι. μ. άξομαι. ϖ. αγμαι. ordinē muto.

Μετατάττω. transcribo, id est, trado. Vide Annotat. Bud. in Pandect.

Μετατίθεμαι. muto sententiam & retracto. Item muto, transfero, unum pro altero pono uel dico, & transfero ab uno ad aliud.

Μετατίθημι. μ. ήσω. ϖ. ηκα. transeo, transpono, commuto, muto. accusatiuo iungitur. actiuum, & neutrum absolutum.

Μετατρέπομαι. μ. έψομαι. ϖ. εμμαι. aduerto. deponens, genitiuo iungitur.

Μεστρίπω. μ. έψω. ϖ. αφα. curo. genitiuo iungit

Μετανέριον. perendie.

ΜΕΤΑΦ. ΜΕΤΑΧ.

Μεταφέρω. μ. μετοίσω. ϖ. μετενήνοχα. transfero. actiuum, accusatiuo iungitur.

Μεταφορά. ᾶς. ἡ. translatio.

Μεταφράζω. μ. άσω. ϖ. ακα. interpretor, transfero, peruerto sententiā. actiuū, actō iungit.

Μετάφρενον. ϑ. τὸ. dorsum, scapula. Est pars illa à collo ad cinctū protensa: aut uerius, quod à tergo præcordijs obiectum est.

Μεταφῦναι. transfotmari.

Μεταφυτεύω. μ. εύσω. ϖ. ευκα. transplanto. neutrum, accusatiuo iungitur.

Μεταφωνέω. μ. ήσω. ϖ. ηκα. uociferor. neutrum absolutum.

Μεταχειρίζομαι. μ. ίσομαι. ϖ. ισμαι. impello, tracto, τὸ διαχειρίζω ἢ διοικῶ. Significat etiam manu attrecto, manu medicor. Plato μεταχειρίζεσθαι τὸν ἀδικοῦντα dixit, pro in eū animaduertere. Μεταχειρίζεσθαι τὸ σῶμα, uerbū est funebre. accusatiuo iungitur.

Μεταχειρίζω. μ. ίσω. ϖ. ικα. tracto. actiuum, accusatiuo iungitur.

Μετάχοιροι. οἱ. sues serotini, sero nascentes.

Μεταχώρησις. secessio.

Μεταψαίρων. transferens.

ΜΕΤΕ.

Μετέειπε. inter aliquos dixit.

Μέτειμι. μετέχω, aggredior, inquiro, ἀνακρίνω. Μέτεστι τούτῳ ἢ ὁσίων καὶ ἱερῶν, hic omnia iura ciuitatis habet.

Μετείμι. καὶ

Μετείω. accedo, aduenio.

Μετεκβαίνω. transcendo, migro.

Μετεκδίδωμι. recipio.

Μετεκδύομαι. exuo.

Μετεμβαίνω. conscendo. Plutarch. μετεμβὰς εἰς μυοπαρόνα.

Μετεμψύχωσις. animæ ex alio in aliud corpus transmigratio.

Μετεξανίσημι. transfero subinde.

Μετεξέτεροι. quidam. Herodian. οἱ δὲ μετεξέτεροι αὐτῶν, οἱ μὲν πρὸς νύβας, οἱ δὲ πρὸς ὕπνον ἐτράποντο.

Μετέπειτα. postea.

Μετέπεσε. decidit.

Μετερᾶσας. αντων. ὁ. elutrians.

Μέτερος pro μέτριος Aeolicè, moderatus.

Μετέρχομαι. tento, exerceo aliquā artem, punio, prætereo, appeto, narro, appeto magistratum, accerso, accedo, adduco, traduco, supplicium de aliquo sumo. deponens, accusatiuo iungitur. quære ἔρχομαι.

Μετέσπον. assecutus sum.

Μετέχω. particeps sum, participio. neutrum, genitiuo iungitur. Propriè est cum aliquo habere. Latini quo reddant nō habent nisi per participare, uel participem esse.

ΜΕΤΕΩ.

Μετεώρατρον. τὸ. fastigium.

Μετεωρίζω. μ. ίσω. ϖ. ικα. eleuo, attollo, in sublime traho, in sublime sustollo, iacto. Ponitur interdum absolutè, ἀντὶ τοῦ μετεώρως φέρομαι, & sublime peto. actiuū, actō iungit.

Μετεωρισμός.

Μετεωρισμός. οῦ. ὁ. sublimitas.

Μετεωροβῆραι. Aristoteli sunt ex accipitrũ genere, qui prædam in sublimi petunt. Vide Comment. Bud.

Μετεωρολέσχης. qui de rebus sublimibus & cœlestibus nugatur. Lucianus μετεωρολέσχας quosdam philosophos uocat, fastu prædictos & uerborum insolentia utentes.

Μετεωρολογέω. μ. ήσω. ω. ηκα. consydero, commentor & scribo de sublimibus. neutrum absolutum.

Μετεωρολογία. ας. ἡ. sermo de rebus sublimibus. Olim in bonam partem accipiebatur, ut ἀδολεσχία, licet postea in loquacitatis & uanitatis significationem uenerit.

Μετεωροπολῶ. quasi τὰ μετέωρα πολῶ.

Μετέωρος. ου. ὁ. ἀπὸ τῆς ἀωρας deriuatũ est, uel utrunque ἀπὸ τῦ ἀείρω, suspensus, sublimis, subleuatus ad aliquã rem. Est etiam ἐπαιωρούμενος τῇ ψυχῇ, id est, animo non fixo, sed suspenso & ambiguo. Est etiam erectus & intentus. Item ἐπαιρόμενος καὶ ὑπερφαιδρούμενος, sublimis in alto nauigans. Μετέωρον dicitur, quod adhuc certum non est, sed expectatione suspensos homines tenet. Inde Μετέωρος δίκη, quæ pendere Latinè dicitur, cuius scilicet iudicium suspensum est.

Μετέωρον etiã ἐπιπόλαιον significat. Et μετέωρα sunt quæ fiunt circa locũ astris uicinum. Vide Comment. Bud.

Μετεωροσκοπικὴ. pars astrologiæ, quæ eleuationum differentias astrorumq; exquirit distantias, nec nõ multa uariaq; alia ad astrologiæ inspectionem tendentia perdocet.

Μετεωροσκόπος. ε. ὁ. stolidus, qui sublimia respicit, curiosus, & sublimiũ rerum contemplator, inutilisq; rebus agendis.

Μετεωροφένακες. ὁ. qui argutijs siue de rebus sublimibus disputando fucum faciũt, & auditores fallunt, utitur Aristophanes. φεναικίζειν enim est impostura facere.

M E T H. M E T I.

Μεθῆε. defendebat.

Μεθῆκε. præterijt.

Μεθηλιχὼς. defunctus, & aliquando μεταλλάξας τὸν βίον. defunctus uita.

Μέθω. mediam.

Μεθόρος. ε. ὁ. pro μετέωρος.

Μετίεμαι. adeo, aggredior.

Μετίημι. ambio, peto honorẽ, prosequor, exerceo, expono, persequor, abijcio. accusatiuo iungitur.

Μετίω. ambio, accipio, peto magistratum, sequor.

M E T O.

Μετοικεσία. ας. ἡ. transmigratio.

Μετοικέσιον. ου. τὸ. idem.

Μετοικέω. μ. ήσω. ω. ηκα. transmigro, exulo, & ius ciuitatis nõ habeo. Μετοικοῦντῶν etiam dicuntur qui patria pulsi, aut aliàs migrantes, alio se contulerunt. neutrũ absolutũ.

Μετοικίζεσθαι. τὸ μεταναστεύειν.

Μετοικίζω. μ. ίσω. ω. ικα. demigro, sedem muto, habitationem muto, τὸ μετοικῶ. neutrũ absolutum.

Μετοίκιον. ε. τὸ. locus Athenis, ubi carcer est. Est etiam, authore Harpocratio, summa duodecim drachmarũ, quam quotannis soluere cogebantur inquilini. Isæus innuit uiros quidem duodecim drachmas conferre consueuisse, mulieres aũt sex, id qui nõ contulissent, adducebantur ad ciues, conuictiq; uenum ibant. Cœl. lib. ix. cap. xxxiij.

Μετοικισμός. οῦ. habitatio apd exteras gentes

Μέτοικος. ου. ὁ. inquilinus, nouus habitator, aduentitius, qui in alienam emigrat ciuitatem manendi proposito. Bud. in Pandect.

Μετοκλάζω. μ. άσω. ω. κα. claudico. neutr. absol.

Μετὸν. τὸ ἐξὸν.

Μετονομάζειν. transmutare nomen.

Μετόπιν. à tergo.

Μετόπιθε. postea.

Μετοπωρινός. οῦ. ὁ. autumnalis.

Μετόπωρον. ου. τὸ. autumnus.

Μετόρχιον. ου. τὸ. spatium inter plantatas arbores, quarum ordo ὄρχος dicitur.

Μετουσία. ἡ. κοινωνία.

Μετουσῶ. circunspicio, aspicio.

Μετοχετεύω. transfero, de loco moueo.

Μετοχή. ῆς. ἡ. participium, participatio.

Μετοχικός. οῦ. ὁ. participialis.

Μέτοχος. ε. ὁ. particeps, socius.

M E T P.

Μετρέομαι. μ. ήσομαι. ω. ημαι. τὸ μέτρῳ λαμβάνω, admensum accipio, appetendum & admetiendum peto, ad certum modum accipio. Est etiam uocabulum militare pro στρατοπεδεύομαι. Vide Comment. Bud.

Μετρέω. μ. ήσω. ω. κα. metior. Μετρεῖν τῷ ἴσῳ, uices rependere: in utranq; partem. & paria uel beneficia uel maleficia facere. Dicitur etiam μετρεῖν Græcè, ut metiri Latinè, hoc est, æstimare, & expendere. Et οἱ στοδοτῶντῶν, μετρεῖν dicuntur. Accipitur etiam

pro mo-

pro moderor. accusatiuo iungitur.

Μίτρημα. aliquando dicitur τὸ σιτομέτριον.

Μίτρησις. ιος. ἡ. mensuratio.

Μιτρητή. ῆς. metreta.

Μιτρητής. οῦ. ὁ. metator.

Μιτρητός. οῦ. ὁ. mensurabilis.

Μετριάζω. μ. άσω. ω. ακα. modestè fero, modestus sum, adiuuo per medium, modestè de me sentio, modestè ago.

Μετρική. ῆς. ἡ. ars metrica.

Μετριοπαθεῖν. condolere, non grauiter succensere, moderatè ferre, modicè affici.

Μετριοπαθής. ὁ. qui modicè perturbatur.

Μετριοπαθία. ας. ἡ. moderata perturbatio, modica affectio. Virtus est à dogmate peripatetico inducta.

Μέτριος. ου. ὁ. modestus, mediocris, opportunus, moderatus, æquus, commodus.

Μετριότης. ητος. ἡ. moderatio, mediocritas.

Μετριοφρονέω. modestus sum.

Μετρίως. modestè, mediocriter, moderatè, leuiter, haud magnopere.

Μέτρον. ε. τὸ. mensura, mediocritas, modus.

Μ Ε Τ Ω.

Μετωνομάζω. μ. άσω. ω. ακα. transnomino. actiuum, accusatiuo iungitur.

Μετωνυμία. ας. ἡ. transnominatio.

Μετωπηδόν. frontatim.

Μετωπίας. ου. ὁ. cui frons est magna & lata.

Μετώπιον. ου. τὸ. unguenti genus, & lignum ex quo fit galbanum, & spatium inter duo supercilia.

Μέτωπον. ε. τὸ. frons, tis. Ἐπὶ μετώπου ἰέναι, est cum exporrecta fronte agmen procedit. Est autem μέτωπον propriè spatium illud, quod interiacet oculis: sicq; uertit Gaza. Accipitur pro contignationibus lignorum & asserum.

Μετωποσκοπος. qui hominis ingenium dijudicat ex fronte, indeq; futura auguratur.

Μ Ε Χ.

Μέχρι. usque. genitiuo iungitur. Sæpe significat usque ad, ut μέχρι βωμῶν φίλος ἐμί. Aliquando addunt πρὸς, ut μέχρι πρὸς τὸν οὐρανόν.

Μέχρι ἐνταῦθα. hactenus.

Μέχρι ἕως. usque dum.

Μέχρι ζωῆς. idem quod διὰ βίου, quoad quis uiuet.

Μέχρι νῦν. hactenus, adhuc.

Μέχρι οὗ. donec, usque quo.

Μέχρι οὗ ἄν. quoad, quousque.

Μέχρι περ οὗ ἄν. idem.

Μέχρι πάντων. sine præfinitione temporis, τὸ διὰ παντός.

Μέχρι πολλοῦ, diu, aliquando refertur ad tempus, aliquando ad loci distantiam.

Μέχρι πόρρω. diu.

Μέχρι πόσου. quandiu.

Μέχρι που. quousque.

Μέχρι πρός. usque ad.

Μέχρι πρώην. nuper.

Μέχρι τίνος. aliquandiu, aliquantisper, quodantenus, quousq;.

Μέχρι τι. aliquo usque.

Μέχρι τῶδε. hactenus.

Μέχρι τῶ λόγω. uerbis tenus.

Μέχρις ἄν. dum, quàm diu.

Τὸ Μ μεῖζον τοῦ Η.

Μή. ne, non. sed μή, an non interrogatiuum, indicatiuo iungitur: ut μὴ θέλεις φαγεῖν; prohibitiuum non, & subiunctiuum ὅ, & ἵνα subiunctiuo iungitur. μὴ κλέψῃς, οὐ μὴ ποιήσῃς εἰδωλον, συμμέτρως ἔσθιε, μὴ νοσήσῃς, id est, ἵνα μὴ νοσήσῃς. Μὴ significat etiam nunquid & an. Capitur pro μηδαμῶς eleganter. Chrysostomus: μὴ παρακαλῶ, noli obsecro. Præterea pro εἰ μὴ, πλὴ ὅτι μὴ ponitur. Aristotel. ὡς ἀδύνατον μὴ ἐπιμελείας θεσπῶν ἐπιμελεῖς εἶναι τοὺς ἐφεσῶτας, id est, nisi dominorum diligentia. Item pro ἵνα μὴ. Iungitur autem etiam ἀπαγορευτικῶς cum indicatiuo & subiunctiuo, cum præteriti uocibus & cum præsentis. Demosth. τῶν δὲ ἐρήνην μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι δέδοικα μὴ πολέμῳ, ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ὅταν πολλῶ ἄγοντω. Est etiam abominantis, ut μὴ γένηται, absit. Reliqua uide in Comment. Bud.

Μὴ γάρ γε. ualet ferè idem quod absit. Demosthenes: τίς ἐκὶ κατέπυσεν ἄν σου, μὴ γὰρ τῆς πόλεώς γε μὴ δι' ἐμοῦ. Quis non despuisset in caput tuum, absit enim, ut id uel in ciuitatem uel in me ominari mihi contingat.

Μὴ γὰρ δή. idem. Vide Comment. Bud.

Μὴ γὰρ ὅτι. non solum enim.

Μὴ γένοιτο. absit, deus auertat.

Μήδ' ἄν εἷς, pro οὐδεὶς ἄν.

Μὴ δ' ἄν εἴτι γένοιτο. nullo pacto.

Μὴ δῆτα. absit ut facias, caue facias. nam ἀπαγορευτικόν est.

Μὴ δοτιοῦν. non aliquo modo, nihil penitus, nullo pacto.

Μηδ' ὁσισοῦν, pro μηδεὶς.

Μὴ μέντοι. non tamen.

Μὴ ὅτι. nedum, non ſolum, non modo non.
Μὴ ὅτιγε. μὴ
Μὴ ὅτι δή. idem.
Μήου. καὶ
Μὴ οὐκ ὀλίγου χρόνου. breui.
Μηουχί. non, quo minus, negatiuè. Eſt etiam hoc Atticis familiare, ut pro una duabus utantur negationibus. Interdum ſignificat quin, uel niſi, cum participio iunctum. Sic Cicero, & non, pro quin dicere ſolet. Inuenitur & cum indicatiuo pro nequaquam, minime. Vide Comment. Budæi. Apud Sophocl. pro quo minus cum infinitiuo. Scribitur & diuiſim μὴ οὐχί.
Μήποτε. nunquàm. Non tam percunctantis eſt, quàm addubitantis, & addubitanter decernentis. Theophr. Ἀλλὰ μήποτε ὁ τοῦτο ἦν τὸ αἴτιον, ἀλλὰ τὸ προειρημένον, An potius non hæc cauſa eſt, ſed ſupradicta. Idem: μήποτε ἄγαν εὐήθης ἦν, haud ſcio an ſtultum ſit. Cõiungitur & cum indicatiuo. Vide Cõmentaria Bud. Μήποτε in Euangelio interpres uertit, ne fortè, melius uerſurus, ſi nequando, aut ne dixiſſet.
Μὴ προσποιοῦμαι. diſſimulo. huic ſimile eſt, οὐκ ἀξιῶ, indignum facio.
Μήπου. necubi.
Μήπω. nondum.
Μήπως. ne, id eſt, ut non.
Μήτε. neq; ne, aut uertit Politian. in Herod. quod fit quando bis ponitur in oratione.
Μήτι. nequid, nunquid, nedum, non ſolum.
Μήτιγε. quanto magis, nedum.
Μήτιγε. καὶ
Μήτιγε δή. μὴ
Μήτι δή. nedum, non ſolum non.
Μήτις? nunquis?
Μήτοι μὴ μήτοιγε ſunt ἀπαγορευτικὰ καὶ εὐκτικὰ μήτοιγε, etiam nequaquam, ſaltem ſignificat, & certe quidem nequaquam. Accipitur & pro nedum.

Μ Η Δ.

Μηδαμή. nuſquàm, & nequaquàm, abſit.
Μηδαμινός. ῆ. ὁ. inhonoratus, uilis.
Μηδαμόθε. nullatenus.
Μηδαμῶς. nequaquàm.
Μηδέν ἄλλα. pro tantum, duntaxat.
Μηδὲν ταῦτα τίθεμαι. nihili hæc facio, παρ᾽ οὐδὲν τίθεμαι.
Μηδὲν ὅτι. nihil niſi.
Μηδέποτε. nunquàm.
Μηδέπω. nondum.
Μηδεπώποτε. nunquàm.
Μηδέτινες. nec ulli.
Μηδέτου. non alicuius.
Μήδεα. τὰ. genitalia, pudenda.
Μηδένες. homines nullius momenti.
Μηδία. ας. ἡ. Media.
Μηδίζω. μ. ἴσω. ω. ικα. lingua Medica loquor.
Μηδίκη. ἡ. herba Medica, primo exortu trifolio ſimilis.
Μηδικὴ. Medorum regio.
Μήδιον. ου. τὸ. herba foliis ſimilis Iridi.
Μήδιος. ου. ὁ. mollis.
Μήδομαι. curo, operor, uolo uis.
Μῆδος. ου. ὁ. Medus.
Μῆδος. εος. τὸ. cura, conſilium, deliberatio.
Μηδισμός. οῦ. proditio metaphoricos.
Μήδω. ſuadeo.

Μ Η Θ. Μ Η Κ.

Μηθὲν pro μηδὲν.
Μηκάς. άδος. ἡ. mugiens, propriè de capris, uox fictitia.
Μηκασμός. οῦ. ὁ. caprarum balatus.
Μηκάω. balo, caprizo. neutrum abſolutum.
Μηκές. τὸ. diuturnitas.
Μηκέτι. non amplius, non adhuc, iam non.
Μήκη. ης. ἡ. uox caprarum.
Μηκής. ἐος. ὁ. ἡ. prolixus.
Μήκιστος. η. ὁ. longiſſimus, grauiſſimus.
Μηκοποιήσας. qui produxit.
Μῆκος. εος. τὸ. prolixitas, longitudo. Vertit etiam longum Politianus.
Μηκύνω. μ. υνῶ. ω. υνα. traho, produco, augeo. actiuum, accuſatiuo iungitur.
Μήκων. ωνος. ὁ. papauer.
Μηκώνειον. ου. τὸ. ſuccus papaueris.

Μ Η Λ.

Μηλάνθη. ης. ἡ. maliflora.
Μηλέα. ας. ἡ. malus arbor.
Μήλειος. η. ὁ. ouinus.
Μήλη. ης. ἡ. inſtrumentum medicum, quo immiſſo per fauces, internum hulcus exploramus.
Μηλιάδες. meliades nymphæ ſic dictæ.
Μήλιαι. aſtragali etiam dicuntur.
Μηλιανθμός. οῦ. ὁ. caula.
Μηλίζειν. colore luteo eſſe, ſiue malũ referente. Plin. liuidum uertit.
Μήλινον ἔλαιον. melinum oleũ, oleum ex malis uidelicet cotoneis.
Μηλίς. ίδος. ἡ. pomus, coloris genus, medicorum inſtrumentum.
Μηλῶσαι. huiuſmodi inſtrumento tentare, cõiectare

iectare incerta.

Μηλόβοιος. nymphæ nomẽ ab ouibus pascen
Μηλοβοτήρ. ῆρος. ὁ. pastor ouium. (dis.
Μηλοβοτέω. oues pasco.
Μηλόβοτον. ϐ. τὸ. terra quam oues pascũtur, id est deserta, uastitas, solitudo.
Μήλοβρον. coloris infectio.
Μηλολόνθη. ἡ. galleruca, scarabeus.
Μῆλον. ϐ. pomum, ouis, quadrupes.
Μηλοτή. ῆς. ἡ. melota, id est pellis ouina, aut cuiusuis quadrupedis.
Μηλοσφαγέω. μ. ήσω. ω. ηκα. iugulo oueis. neutrum absolutum.
Μηλοσφαγία. ouis uictima.
Μηλοφόροι. numerabantur inter satellites regis Persarum, sic dicti quòd malũ præferrent in hastis.
Μηλοφόρος. ϐ. ὁ. Ceres.
Μηλωτίς. ίδος. ἡ. auricularium, spicillum.

Μ Η Ν. Μ Η͂ Ο.

Μήν, pro μὴ apud Lucianũ. Est cum pro igitur accipiatur.
Μήν. νός. ὁ. mensis.
Μήνη. ης. ἡ. luna.
Μηνιάω. iracor.
Μήνιγξ. γος. ὁ. panniculus cerebri, meninga, pellicula ambiens cerebrum neruis & arteriis plena: piam matrem uocant hodie.
Μηνίζω. μ. ίσω. ω. ικα. succenseo, iracor, cõminor, infensus sum. datiuo iungitur.
Μηνιθμός. οῦ. ὁ. ira.
Μήνιμα. ατος. τὸ. ira diuina.
Μῆνις. ιδος. ἡ. iracundia, ira permanens, bilis Latinè.
Μηνίω. μηνίζω. μ. ίσω. ω. ικα. duco, plico uelum nauis, iracor.
Μηνοειδής. ἐος. ὁ. ἡ. falcatus, lunæ similis.
Μήνυμα. ατος. τὸ. indicium.
Μήνυσις. ἡ. signum, indicium.
Μήνυτρον. ϐ. τὸ. præmiũ quod datur indicanti & nuncianti. Significat tam indicium, q̃ indicis præmium. Budęus mauult dici pluraliter. Est etiam impunitas conscio proposita, si indicauerit alios.
Μηνυτής. οῦ. ὁ. delator, nunciator.
Μήνυτρον. ου. τὸ. præmium nunciationis, aut indicij.
Μηνύω. μ. ῦσω. ω. υκα. significo, certiorẽ facio, nuncio, quæro. Est etiam facinoris, cuius ipse conscius es, latebras indicare, impunitate proposita, quod Latinis indicare dicitur. datiuo iungitur.

Μηονίς. ίδος. ἡ. mulier ex Meonia.

Μ Ή Ρ. Μ Η Σ.

Μήριγθος. ϐ. ὁ. funis, laqueus, uinculum.
Μήριον. ϐ. τὸ. crus, inguen, coxa.
Μηρός. οῦ. ὁ. crus, inguen, coxa, femur.
Μηροτομέω. femur cædere.
Μηρυκίζειν, ἢ μηρυκᾶσθαι. ruminare.
Μηρυκισμός. οῦ. ὁ. ruminatio.
Μήρυμα. ατος. τὸ. cumulus.
Μήρυξ. κος. ruminalis piscis à ruminando dictus.
Μηρύομαι. καὶ (ctus.
Μηρύω. μ. ύσω. ω. υκα. deduco filum, filo.
Μήσωρ. ορος. ὁ. consiliator, peritus, prudens, bellicosus. Homerus tamen Iliad. γ. μήσωρος in genitiuo dixit.

Μ Η Τ.

Μήτηρ. ἐρος. ἡ. mater.
Μητιάω. μ. άσω. consulo, delibero.
Μητιήτης. ου. ὁ. consiliarius, consiliator, prudens, sapiens.
Μητίζομαι. μ. ίσομαι. ω. ισμαι. consilium capio.
Μῆτις. ιος. ἡ. consilium, prudentia.
Μητιόεντα φάρμακα sunt κατὰ τὸν θεωρητικὸν τέχνην ἐσκευασμένα, ut inquit Plutarch. quæ malorum omnium inducebant obliuionẽ: quale Nepenthes apud Homerum. Vide annotationes poster. Bud. in Pandect.
Μητίω. μητιάω.
Μήτρα. ας. ἡ. uulua, uterus, matrix. ἀγγεῖον κυητήριον, id est uas fœtũ conseruans in uẽtre.
Μητραγύρτης. ϐ. ὁ. qui Phrygiæ deæ sacris initiatus est, hic stipem cogebat matri deorũ tympana gestans, qualeis hodie cæcos ui demus uestibulatim tympana pulsantes, & canentes.
Μητραγυρτῶ. hoc pacto stipem cogo.
Μητραδέλφοι. οἱ. uterini.
Μητράδελφος. auunculus ex matre.
Μητραλοίας. ϐ. ὁ. matrẽ necans uel uerberãs.
Μητριάζειν. Idæ deæ sacra peragere.
Μητριῶδης. ους. ὁ. ἡ. nouercalis.
Μητροδίδακτος. ϐ. à matre eruditus.
Μητρόθεν. ex parte matris.
Μητροκασιγνήτη. ης. ἡ. matertera.
Μητροκτονέω. μ. ήσω. ω. ηκα. matrem occido. neutrum absolutum.
Μητροκτόνος. ϐ. ὁ. matricida.
Μητροκωμία. sic inter uicos est, ut metropolis inter urbeis. à suis q̃ colonis agnoscitur.
Μητρομήτωρ. ορος. ἡ. auia.
Μητροπάτωρ. ορος. ὁ. auus maternus.
Μητρόπολις. ἡ. metropolis, matrix urbs, ex

qua coloniæ deductæ. Dicitur autem ἀπὸ τῆς μήτρας ἡ πόλις, non autem à menſura, uti Gratianus & Iſidorus interpretantur.

Μητροπολίτης. ου. ὁ. metropolitanus, qui prouinciæ alicui præeſt, aliosq; ſubiectos habet epiſcopos.

Μητροβρέαίσης. ου. ὁ. qui matrem uiolat.

Μητυιά. ᾶς. ἡ. nouerca.

Μητυιός. οῦ. ὁ. uitricus.

Μητρώας. ου. ὁ. καὶ

Μητρῶος. ου, ὁ. ἡ

Μήτρως. ω. ὁ. auunculus maternus.

Μητρῶον. ου. τὸ. apud Athenienſeis Phrygiæ deæ ſacrum.

Μηχανάομαι. μ. ήσομαι. ω. ημαι. excogito, comminiſcor, machinor, ſtruo. præterea eſt cieo & moueo. deponens, accuſ. iungitur.

Μηχανή. ῆς. ἡ. conatus, machinatio, excogitatio, inuentū, machina. τίς μηχανή; quid cauſſæ eſt? qui fieri poteſt? οὐδεμία μηχανὴ μή, nullo pacto fieri poteſt, nihil cauſſæ eſt. Vide comment. Budæi.

Μηχάνημα. ατος. τὸ. machina.

Μηχανικός. οῦ. ὁ. mechanicus, opifex eorū operum, quæ ingenio ſimul & manu fiunt. Accipitur pro μηχανητικός.

Μηχανοποιός. οῦ. ὁ. machinarum faber.

Μηχανορράφος. ου. ὁ. machinator. Euripid. ψεῦ δῶν ἄνακτ', μηχανορράφοι κακῶν.

Μῆχος. εος. τὸ. μηχανή, ἐπίνοια, τρόπος.

Τὸ Μ μεῖζ. τῦ Ι.

Μία. ας. ἡ. una. ut illud prouerb. μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, una hirundo non facit uer.

Μιαίνω. μ. ανῶ. ω. νκα. tingo, fœdo, contamino, conſpurgo, polluo, impio. actiuum, accuſatiuo iungitur

Μιαιφονέω. μ. ήσω. ω. ηκα. cęde me contamino, ſum homicida. Accipitur pro occido ſolū.

Μιαιφονία. ας. ἡ. homicidium, cædes.

Μιαιφόνος. ου. ὁ. homicida, cruentus.

Μίαμμα. ατος. τὸ. βάμμα. tinctura.

Μιαρία. iniquitas, ſcelus.

Μιαρός. οῦ. ὁ. ſceleſtus, fœdatus, nocens, impurus, dictum uolunt quaſi dignus qui ab omnibus ſolus relinquatur.

Μίασμα. ατος. τὸ. immundities, piaculum, impiamentum apud Cyprianum.

Μιασμός. οῦ. ὁ. idem.

Μιάσωρ. ορος. ὁ. fœdus, ſpurcus, impurus, ſceleſtus homo, malus dæmon.

Μίγα. ſimul.

Μιγάω. μ. άσω. ω. αγα. miſceo. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Μιγάς. άδος. miſcella, aliįs mixtus, & congregatio ex multis gentibus.

Μίγδα. καὶ

Μίγδην. ſimul, unà, mixtim.

Μιγδοράω. contumelia afficio.

Μιγῆμεναι, pro μιγῆναι. miſceri.

Μίγημι. μ. ήσω. ω. ηκα. miſceo. actiuum, accuſatiuo iungitur.

Μῖγμα. ατος. τὸ. coitus, miſtio.

Μίγνυμι. μ. μίξω. ω. ιχα. καὶ

Μιγνύω. miſceo. actiuum, accuſ. iungitur.

Μιγῆναι. miſceri.

Μ Ι Δ. Μ Ι Ε. Μ Ι Θ.

Μίδας. iactus uocabulum in ludo teſſerarum fortunatiſſimi, & uermiculus qui fabis innaſcitur.

Μιέω. comedo.

Μίθαικος. ὁ. celer.

Μίθρης. ου. ὁ. ſol apud Perſas, cuius ſimulachrū Leonis rictum præferebat cum Tiara, manu utraq; bubula premente cornua. Hinc μιθριακὰ ſacra appellantur, quæ in antro obįſſe moris erat, educto ex eo cornibus boue, quem mox ut ſoli uictimā per hymnorum modulatos concentus, immolarent. Cœlius lib. xiij. cap. xvij.

Μ Ι Κ.

Μικκόν. paruum. Theoc. ἴθ' ὦ ξένε μικκὸν ἄκουσον, Veni ὁ hoſpes paruum audi.

Μικραίτιος. de minutis rebus conquerens.

Μικρᾶξιφιδία. ſicæ uertuntur à Ioſepho.

Μικροδικτικός. οῦ. ὁ. qui in paruis iniuriatur.

Μικρόβιος. ὁ. qui breuis eſt uitæ.

Μικροθυμία. ἡ. languidus animus.

Μικροκοίλιος. qui eſt paruo uentriculo.

Μικρολογέομαι. μ. ήσομαι. ω. ημαι. rem uilem magnifico. deponens abſolutum.

Μικρολογέω. μ. ήσω. ω. ηκα. de re puſilla uerba facio: id quod eſt ſordidorum, & parcorū, quos minima quoque mouent, uilibus uaco, res minutas plurimi facio, circa minutula curioſus & anxius ſum, anxiè, & ſcrupuloſè circa uilia & ſpernenda occupor, de aſpernabilibus laboro, uel accuratè diſputo uel certo. Eſt etiā τὸ λισχρεύομαι, id eſt, ſordidè & præparcè rationem ineo, uel tribuo. neutrum abſolutum.

Μικρολογητέον. ſordidè aut parcè erit agendū.

Μικρολογία. ας. ἡ. diligentia, & anxia cura circa minutula, ſedulitas quouis modo acquirendi.

rendi, humilitas, cura rerum uilium, sordi cies: cum magnificamus, quod nihili pen dendum est.

Μικρολογίζομαι. μικρολογέομαι. μ. ίσομαι. ω. ισμαι. uileis res æstimo magni. deponēs ab solutum.

Μικρολόγος. ου. ὁ. qui paruum magni facit, id est parcus.

Μικρόλυπος. ὁ. ὁ. pronus ad tristitiam, qui par ua de caussa tristatur, uel irascitur, animus minutulis rebus sufferuefactus, qui frenū nunquā mordeat, & in fermento ferè sem per sit.

Μικροπολίται. οἱ. qui sunt ex parua ciuitate, ex opidulo.

Μικροπρέπεια. ας. ἡ. pusillanimitas, ignauia.

Μικροπρεπής. ἐος. ὁ. ἡ. abiecti animi, illiberalis

Μικροτέραξ. ακος. ὁ. habens acinos paruos.

Μικρός. οῦ. ὁ. paruus, exiguus, humilis. μικρὰ φρονεῖν, humilem esse, & summisse se gere re, cui opponitur μέγα φρονεῖν. παρὰ μικρόν, τὸ πανὺ μικρόν.

Μικρόσομος. ὁ. qui est anguſti oris.

Μικρόσφυκτος. ου. ὁ. cui uenæ tenuiter mo uentur, debilis.

Μικρότης. ητος. ἡ. paruitas.

Μικροτραπέζους. Antiphanes uocabat eos, qui in delitiarum chaos sese dimisissent, nimiū scilicet in epularum apparatu curiosi.

Μικροῦ. ferè.

